

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ОШУЧАНИ І. І. МЕЧНИКОВА



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

1780.

113

1874

Ex dono Arturi Contij
Regij consiliaris, et libellorum
supplicam ex magistri.

PETRI FABRI
REGII CONSILIARII, ET
LIBELLORVM ORDINA-
RII MAGISTRI, SEME-
STRIVM LIBER PRIMVS.



Βασιλεὺς τ' ἀγαθῶ, καὶ περὶ τ' αἰχμητῆ.

Lutetia Parisiorum, M. D. LXX.

Apud Ioannem Bene natum.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

EXTRACT DV PRIVILEGE.

LE Roy par lettres patentes octroyées à Jehan Bienné libraire & imprimeur en l'Vniuersité de Paris, luy a permis & permet d'imprimer ou faire imprimer & mettre en vente ce présent liure intitulé Petri Fabri Regij Confiliarij, & libellorum ordinarij magistri, Semestrium liber primus, & fait inhibitions & defenses à tous libraires & imprimeurs, & autres personnes de quelque estat, qualité, & condition qu'ilz soient, de non imprimer ou faire imprimer, vendre & distribuer ledict liure, sans le consentement dudict Bienné, pendant le temps & terme de six ans, sur peine de confiscation des liures qui se trouueront par autres imprimés ou mis en vente, & de tous despens, dommages & interest enuers ledict Bienné. Ce qui est plus amplement déclaré esdictes lettres données à Paris le vendredy troisieme iour de Iuin 1570.

signées C A M V S.



155

811

PETRVS FABER IACOBO FABRO, Regio Confiliario, & Patritio, patruo suo S.



Hic tumultus Gallici miseris & extremis temporibus, quibus plerique omnes in publicarum calamitatum cogitatione defixi, non pauci etiam grauissimo ex domesticis arumnis mœrore conflictati sunt: Iac. Faber, vir clariss. non potui tamen tenere me, quin primum hunc Semestrium librum conficerem atque absoluerem, de quo tibi offerendo iam pridem religione voti me obstrinxeram. Quid igitur? inquires: Itane sensum humanitatis omnem exueras, ut cum alia qualibet sollicitudine vacuum illum esse oporteat, qui non contemnendum aliquid in literis præstare velit, tu solus neque præcipuis, neque communibus malis oppressus, ne tactus quidem, solutiore quam quisquam alius animo viueres, librorumque scriptioni operam dares? Minimè gentium: nam ipse quoque ita homo sum, ut non modo à pietate non abhorream, sed nihil humani (quomodo comicus ille senex aiebat) à me alienum putem, aut verò etiam velim. Sed cum ægritudine ac mœstitia, ut bonorum omnium, ita meus quoque torqueretur animus: iis sacrarum scilicet, aliarumque literarum studiis mirificè recreabatur, quæ rebus aduersis per fugium ac solatium (ut tute scis) præbere solent. Tum verò præcipuè alleuari, atque à molestiis abduci videbatur, cum varia Semestrium nostrorum capita, quo se ordine singula offerebant, legendo percurrerem. Quod mihi cum sæpe antea, tum nuper etiam accidit. Igitur eo ex numero complura temporibus istis accommodatiora, seponen-

ã 2

da & colligenda esse duxi: De pratorianis aliisque militibus, & exercituum praefecto: item, De iure gladij, liberóque mortis arbitrio: tum, De fato, morte, ac pœnis ciuitatum, de militaribus suppliciis, de virtute bellica, de peculatus & sacrilegij crimine, de bonorum denique petitionibus, & alia huius generis non pauca. Quorum omnium aliquanto tristiore tractationem ut iucunditate aliqua, veluti sale, condirem, De publicis & priuatis epulis, ludis atque spectaculis aspersi quadam: itémque, De conuentionibus publicis, de translatione iudiciorum, de vestibus & ornamentis, de Iurisconsultorum formulis postremo, de Senatusconsultis & Edictis Claudianis: quæ minimè vulgaria esse credidi. Plurimorum insuper locorum castigationes, nouasque interpretationes attexui: penúmque istam omnem è cella nostra literaria depromptam in hunc librum, quasi sportam aliquam, congeffi: atque hoc solemni die admonitus attuli ad te, ut natura patrum, ita singulari beneuolentia, optimis consiliis, ac ingentibus beneficiis alterum patrem. Hoc tu qualecunque munus non ut ἀπίδωρον, est enim sanè leuiusculum: neque verò ut ἀντιμύσσωρον, ne memoriam nostri apud te, qui admonitore non egeas, excitare frustra sit: sed tanquam perpetua nostra in te obseruantia pignus aliquod, aut ut ἀντιζήνων potius, interea dum tibi quod debeo prestare non possum, accipe, tibi que habe: atque ad relaxandum turbidis istis in rebus animum, aut ad arbitrium denique tuum utere fruere: tum, quæ tua est in omnes propensa liberalitas, in publicum postea proferri, ut literarum studiosis condonetur, patere. Dat. Tolosa, Kalend. Ianuar. Anno Christi CIO. IO. LXVIII.

S-V-M-M-Æ C-A-P-I-T-V-M.

Palatum, Pratorium, Praefectus pratorio, Pratorianorum, siue Protectorum duplex schola, equitum & peditum. Bini sub Imperatorum plerisque praefecti pratorio: & qui ab initio quibus successerint. CAP. I. pag. 1
Praefecti pratorio ex equitibus, & ex assessoribus praefectorum assumpti: vestis Senatoria & equestris. Praefectorum potentia, dignitas, officium. Explicantur suetonij ac Dionis loci. Praefecturam pratorianam dignitate patriciatui, patriciatum Consulatu cedere. Explicat. l. 1. D. de senator. & l. 1. C. de consulib.

CAP. II. pag. 12

Insignia Praefecti praet. Carpentum & gladius. Adparitio Praefecti praet. Gladius principis. Gladij nomine merum imperium, ac vitae necisque ius significatur. Gladij vel pugionis ferendi ius penes quos olim fuerit. Emendatur Dionis locus. CAP. III. pag. 27

Pœna ferri siue gladij duplex. Decollatio securi vel gladio fiebat. Pœna iudicatio comprehensa mutari non potest à Praefide, sed à principe, à quo liberum mortis arbitrium, non ab illo permittitur. Taciti locus emendatus.

CAP. IIII. pag. 37

De magistris & principibus officiorum. De XIV. vrbis regionibus. De magistris vicorum. Vnius apud suetonium loci lectio in dubium vocatur. Duo apud Lampridium corruptissimi emendati. CAP. V. pag. 45

Sportulae, solemnes cœnae, solemnes & festi dies populi vel singulorum ciuium. De nuptialibus, funebribus, natalitijs conuiuijs. Cœna feralis, ludus ad iudices. Conuiuia triumphalia, Imperatoria, Consularia, Pratoria. Ludorum diebus epulum populo dari solitum. Bestiarum, Meridiani. De provincialibus magistratuum conuiuijs. Cœna dialis. senatorius prandendi mos. Cœna popularis. Apuleij, Plutarchi, suetonij, & senecæ loci expositi. CAP. VI. pag. 49
Conuentionem publicam, quæ fœdus & pactio dicitur, aut æquis legibus aut imparibus conditionibus fieri. Emendatus Triphonini locus. Diuina humanaque, quid sit apud Liuium: αὐτὸν ἴσως, εἰπὼν, ἀεὶ ἀμαρτὰ, ἀνδραῖ ἀπὸ Ἰσοκράτη, Ἀνδοκιδῆ, Ἀσχινοῦ. Emendatus & expositus Isocratis locus de communi gentium iure. CAP. VII. pag. 63

De usufructu municipibus legato, & vita hominum longissima. Ciuitates plerunque immortales nonnunquam mori dicuntur ab auctoribus. Explicatur Modestini locus de Carthaginis excidio. De Sidonis, Corinthi & Byzantij euersione, Corinthiorumq; & Byzantinorum capitis deminutione. De penis ciuitatum. CAP. VIII. pag. 72

De naturali ciuitatum interitu ex varijs causis. Ciuitates mori, nasci, viuere, reuiuiscere, ægorare, matresque habere ita ut homines dicuntur. De natalitijs Romæ veteris & nouæ festis diebus. De ciuitatum fato, genio, & custodibus angelis. CAP. IX. pag. 83

Non vtilitas, sed vilitas legendum apud Vlpianum, Curtium, Vopiscum & Boetium. vilitas sui. Qui ex philosophis veteribus sibi mortem consciuerint. Non

prior, sed propior legendum apud Proculum, Paulum, Senecam, & Tacitum.

CAP. X. pag. 92.

De litera R. eamque expungendam plurimis locis, qui apud Plinium & Apuleium, apud Senecam, apud Marcellinum & Casarem castigantur. Itemque apud Ciceronem: ubi non Carnis, sed Canis legendum demonstratur, & Canis nomen ad conuicia traductum à veteribus. Horatii locus de cane, canina cœna, & mutato vino explicatur.

CAP. XI. pag. 98.

Ex filiisfam. contractu vel delicto, quatenus filius ipse vel paterfam. viuo & resento in potestate mortuo ve, aut emancipato ante postve litem contestatam, aut sententia terminatam filio: itemque ante, postve filij damnationem teneatur. Explicata l. 3. §. ex furtiua. D. de peculio: & l. 3. §. si filiosa. D. rer. amot. & de translatione iudicij à filio in patrem. Exponitur, & emendatur l. Tam ex contractibus. §. 7. D. de iudiciis.

CAP. XII. pag. 106.

Translatio litis à domino in procuratorem à procuratore in dominum vt fiat. Presentia domini quam vim habeat. Procuratori vel aduersus eum quando actio iudicati competat vel nō. Vtiles actiones directis præferri. De translatione iudicij à tutore in pupillum à domino in manumissum statuliberum, eumque qui ad libertatem proclamauit, & de actione iudicati. Exponuntur l. ordinata. D. de libera. causa. l. Prætor. D. de noxal. act. & confirmatur emendatio l. Tam ex contractibus. D. de iudic.

CAP. XIII. pag. 113.

Improbata Florentinarum Pandect. lectio in l. 2. in princip. D. Si quis cautio. Duo apud Senecam loci, apud Varronem, Tacitum, Paulum Iurisc. Lampridium, Sidonium, Claudianum, Dionem, singuli castigantur à librariis compendio scribentibus deprauati. Explicatur Pollionis locus: de acclamationibus & carmine comitorum.

CAP. XIII. pag. 121.

Exponuntur l. vestis. 23. l. Inter vestem. 35. l. ornamentorum. 39. D. de auro & arg. lega. & defensa Florentina lectio in d. l. vestis. §. muliebria. Vestimentorum quæ virilia, muliebria, vel communia dicantur. Pallia, togæ, tunica. Muliebrium vestium vsus viris indecorus. Cœnatoriæ vestes. Triclinaria vestimenta. Mitra sint ne vestimentorum an ornamentorum numero. Conciliatur l. Quamuis. 26. in fine cum. §. muliebria. d. l. vestis. 23.

CAP. XV. pag. 132.

Exponitur l. quamuis. 26. D. de auro & arg. lega. De pellucidis vestibus siue lineis, siue sericis, & bombycinis variorum auctorum prolata testimonia. Emendatus Lampridij locus. Cœa, itemque Tarentina vestes, & Tarentina purpura apud Horatium & Pollucem. Marcellini & Tertulliani castigantur & exponuntur loci duo, de vestium & gemmarum pondere. De fibulis, & quæ vestium aut ornamentorum numero cedant. Exposita l. Argumento. 25. D. de auro & arg. leg. R. alla vestis, quæ & vitrea & pellucida.

CAP. XVI. pag. 142.

Pœna militares & communes. Munifices, Principales, Beneficarij. Festus & Valerius explicantur. Fronto emendatur. Legiones puniebantur. Suetonij locus vt legendus. Exauctoratio ignominiosa, itemque missionis ignominiosæ formula. Exponuntur & conciliantur inter se l. 2. §. Ignominia. D. de iis qui not. infra. & l. milites. 13. §. Et si sine. D. de remilit.

CAP. XVII. pag. 153.

Cassij, Macrini, Maximini, & Aureliani seuitia in milites. Emendatus Gallicani locus. Militum & veteranorum in pœnis priuilegia. Proditorum & transfugarum pœna. Manuum præcisio. De saxo deiectio. Decimatio. Suetonij & Marcellini duo loci explicantur, & Macri Iuriconsulti responsum, vitiosa interpunctione sublata, exponitur.

CAP. XVIII. pag. 170.

Iustiniani locus ex Nouella constit. 68. exponitur. De Iustitia, de Fortitudine, quæ plurimis Iuriconsultorum aliorumque auctorum locis dicitur & virtus, interdum animi virtus aut belli bellica militaris & Martia virtus nominatur. Virtutem & fidem in milite, in duce virtutem & felicitatem potissimum requirit. Plinij locus vnus, & Claudiani alter emendatus. Apud Plutarchum & Themistium restituitur deprauatum aut oblitteratum dicitur nomen. Inter ducis & militis virtutem atque officium quid intersit. *ἀρετή* & *ἀγαθὸς* nomina quid apud Plutarchum significant, demonstratur: illustrato Thucydide duobus locis.

CAP. XIX. pag. 182.

Litis causa abesse. Defensa vetus lectio apud Vlpianum, itemque duobus apud Ciceronem locis. Obseruare, curare, colere, obsequi. Defensa vetus & item noua locis aliquot restituta ex libro veteri apud Casarem lectio. Quintiliani locus expositus, vulgata lectione defensa. Priuati ludi & Iuuenales. Publicum à priuato spectaculum qui discernitur. Attelani thymelici xystici, & c. vt non infames, ita notati & viles non admittuntur ad honores. Exposita l. 1. c. de dignitat. lib. XII. conciliata l. 4. c. de spectacul. lib. XI. cum initio l. 4. D. de iis qui not. infra. & prolato Tertulliani testimonio, in quo multa menda castigantur.

CAP. XX. pag. 204.

De præscriptione rei iudicata. Iuriconsultorum formula quædam apud Ciceronem explicata. Scribere, præscribere. De plurimorum Ciceronis locorum lectione disputatū: itemque de lectione l. ait prætor. in princ. D. quæ in fraud. credit.

CAP. XXI. pag. 222.

Complures Pandectarum loci ex tit. ad leg. Iul. peculat. & de sacrileg. & de re fiduis contra Græcos & Accursium exponuntur. Publica rationes in Prouincia per quem confecta, ubi relicta, quò relata. Quæ stores veteres & noui. In Pauli & Vlpiani responsis nomen Sinus restitutum, & quid significet ostenditur. Pœna peculatus ordinaria & extraordinaria. Explicatur aduersus Accursium l. 1. c. de crim. peculat. & l. ob pecuniam. 81. D. de furt.

CAP. XXII. pag. 235.

Ordo verborum non naturalis indicatur in quibusdam Vlpiani, Pauli, Callistrati, Hermogeniani, Papiniani Iurisc. responsis, & Imperatorum duobus scriptis, quæ omnia exponuntur, conseruata veteri lectione, eademque vt apud Senecam duobus, ita vno apud Sidonium loco restituta.

CAP. XXIII. pag. 245.

Menda ob verborum translationem constata tolluntur ex Vlpiani & Pauli Iuriconsultorum responsis. Bona fide soluere, dicere, scribere. Vel transpositum in Pand. Florent. Explicatur & emendatur l. 1. c. Ne fideiussor. vel mandat. dot. dentur, & de iure, lege, & consuetudine. Mendam apud Zanarum vnum,

Et alterum apud Dionem ex illa verborum translatione ortum indicatur.
CAP. XXIII. pag 252
Senatusconsulta & Edicta claudiana, quibus quæque temporibus facta sint
disputatur. Emendatur vnus Taciti, & Tertulliani alter deprauatissimus lo-
cus. s. consultum Macedonianum, itémque Libonianum quando factum De
immunitate ob naues. petitionis bonorum sublata origo indagatur, exposito
zonare loco, & prolatis Imperatorum hac de re constitutionibus.
CAP. XXV. pag 263

ELOGIA.

Seneca epistola LXXXV. Inuicem hoc illo commutan-
dum est, & alterum altero temperandum, vt quidquid le-
ctione collectum est, stilus redigat in corpus. Apes, vt aiunt,
debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum
idoneos carpunt. Deinde quidquid attulere disponunt, ac per
fauos digerunt: & vt Vergilius noster ait,

—liquentia mella

Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Ergo
quod de se Lucretius cecinit, nobis quoque dicere liceat:
Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur.

AD SEME-

AD SEMESTRIVM LIBROS,

præfatio & preparatio.



I quisquam est, cui non modò negotij, sed
etiam otij ratio constare debeat, equidem
eum esse cumprimis credo, qui in aliquo
Reipub. munere versatur: tantòque magis
eum, qui in edita amplioris cuiusdã digni-
tatis sede locatus est: ex qua tanquam alta
è specula, prospicit is quidem, vt se aliorum vnus quisq; ge-
rat, sed ab omni populo vicissim aut etiam attentius, atque
accuratius obseruari solet: vt ipsius otium plerunq; turpe ac
inhonestum videri, adeoque in varias inimicorum præsertim
hominũ reprehensiones incurrere necesse sit. Hoc ego apud
me iam inde ab eo tempore quo primùm inseruire honori-
bus, & in Magno Regis consilio assidere cœpi, crebro repu-
tabã Itaq; solemne illud Semestrium feriarum spatiũ, quod
cæteris eiusdem ordinis hominibus ad suas res obeundas, &
ad ipsam requiem animi & corporis cõceditur, cum a Regio
comitatu domum reuersus, ne priuatis quidem (quibus faci-
lè carebam) vllis negotiis distraherer, & nihil tamen agere
non possem: totum inquam illud vacui temporis ad Iurispru-
dentiam, ad veterem historiam, ad Græcarum denique Lati-
narũq; literarum studia, quibus à puero deditus fui, reco-
lenda conferebam: adeò quidem id lubenter, vt cum labori
nõ parcerem, neutiquam intereà defatigarer: cumq; aliquid
semper addiscerem, in eo tamen ita, vt mihi satisfacere viderer,
acquiescere nullo modo possem: quin potius vltra pro-
gredi cuperem, atque affectarem. Quid plura? Tanta erat in
nobis illa tamque inexhausta discendi auiditas, nunquam vt
expleretur animus: quem, siqua in literis intemperantia est,
vt quidam volunt, ab ea prorsus immunem non fuisse inge-
nuè agnoscimus. Sanè si forte quid inter legẽdum arrideret,
cursum adnotabam, excerpebam dein atque colligebã, quasi
per indicem: cæterum via & ordine scribendi, atque expla-
nandi otium non erat, cum nihilo minus plerique illo abundare
me existimarent, nonnulli etiam abuti dicerent: qui ve-

ãã

sed lenius mecum agebant noti atque amici complures, non cessare me quidem ipsi faterentur (quoniam aut honoris, aut amicitia, aut literarum gratia quoties ad nos uisere, toties mihi cum libris rem esse intuebantur) Quod celarem tamen alios ea quae obseruaueram, hoc valde improbarent: interdum etiam cum aliquo quasi conuicio exprobrarent. Ij uero tale responsum plerumque a nobis auferebant: Non recusare me, quin ad utilitatem studiosorum Iuris ciuilis, aliarumque bonarum artium aliquando publicarentur, quae, ut superioribus annis aliquot feceram, ita tunc in otio scilicet ac secessu Semestri meditabar: praesertim cum Labeonem ex veteribus Iurisconsultis, qui plurimum studiis incubuit, totum annum ita diuidere solitum a Pomponio nostro accepissem, ut sex mensibus cum studiosis esset, sex uero mensibus secederet, librisque conscribendis operam daret: uerum tamen cum nihil satis adhuc limatum ac politum ad manus haberem, & saepe stilum uertendum esse scirem, iterum quae digna legi sint scripturo, ut est apud poetam: genus quidem scriptiois aliquod inchoaturum esse me, sed eorum quae adhuc adnotassem rudium scilicet ac informium foetuum editionem differendam potius, quam accelerandam uideri: ne ut caecos canis festinans catulos solet, ita illos ipse abortiuos, statimque morituros parerem. Ergo tempus trahere ipse quod poteram, uigere illi autem atque instare contra: Id namque scire se, Lectionum siue obseruationum libros complures sine magno negotio posse a nobis confici: hanc uaria scribendi rationem, leuioris quidem ipsam operae, sed tamen a doctissimis quibusque uiris, hac potissimum aetate receptam ac frequentatam esse: tum uero utilitatis, & propter uarietatem (quae in omni re delectat) uoluptatis non parum adferre lectoribus, ipsi etiam scriptori nihil molestiae interim exhibere: quippe cuius laxior solutioque in eo genere, quam in commentariis ad quaestionem Iuris aliquam conficiendis, aut reticendi quae nescierit noluerit uel dicere, aut quae luce hominumque oculis digna esse iudicauerit, omnia in apicem proferendi facultas est. His ad extremum rationibus ego permotus, & ut honeste, ita ex meo etiam officio me facturum esse cogitans,

si, quod in memoriam saepe (quemadmodum initio dixi) reuocabam, id praestarem, enitererque ut aliqua otij nostri ratio extaret in publicum: cepi consilium denique colligendi ea, quae ad oras librorum meorum olim adscripseram, & coniecturas ac opiniones de bonorum auctorum locis aliquot perdifficilibus exponendi meas. Id quod perficere conatus sum libris iis, quibus Semestrium nomen dare libuit, nouum quidem istud, nec minus elegans tamen, ut arbitror, quam illa quae Variarum, Antiquarum, Nouarum Lectionum, aut Obseruationum, Disputationum, Miscellaneorum, Aduersariorum, & si quae sunt alia, plerique suis eiusdem argumenti libris praeposuerunt. Semestrium autem quoniam, ut exemplo Augusti principis consilia semestria quotannis Marcus Imperator cogere, atque inire ipse Iuris reddendi gratia consueuerat (quam obrem saepe a Iureconsultis laudari, & in testimonium citari, quae is in Semestribus rescripserit aut constituerit, scimus) ita nos quoque in otio illo semestri, post sex itidem menses iurisdictioni (ut supra retulimus) datos, consilia quasi quaedam cum Latinis Graecisque optimis auctoribus (quorum scilicet libros diurna nocturnaue manu uersabamus) de Iuris interpretatione, deque aliarum literarum intelligentia & cognitione habuerimus. Haec de nomine. Nam de argumento & materia scriptiois huius, licet ea ex omnibus singulorum capitum titulis facile deprehendi possit, hoc generatim & in uniuersum audebo dicere: non inutiliter in id studium incubuisse me, ut plurimos auctorum locos obscuros declararem, deprauatos castigare, integros sinceritati suae conseruare, & ab uicis quorundam uinguibus protegerem. Omni prorsus opera elaboraui, ut Spartam, admonitu ueteris prouerbij, tuerer, atque ornarem: id est, Iurisprudentiam, collecto undique mundo & apparatu pretioso (quatum in me quidem esset) excolerem, comerem atque illustrarem: quam adeo sentam, squalidam, horridam plebeij quidam interpretes, impuris scilicet (illotis quidem certe) manibus pertractatam ad nos transmiserant, ut ei nihil opis omnino iam ad pristinam dignitatem recuperandam adferri posse uideretur. Verum tamen nitorem, splendorumque suum ei restituere, desertaque antea &

ed lenius mecum agebant noti atque amici complures, non cessare me quidem ipsi faterentur (quoniam aut honoris, aut amicitia, aut literarum gratia quoties ad nos viserent, toties mihi cum libris rem esse intuebantur) Quod celarem tamen alios ea quae obseruaueram, hoc valde improbarent: interdum etiam cum aliquo quasi conuicio exprobrarent. Ij vero tale responsum plerumque a nobis auferebant: Non recusare me, quin ad utilitatem studiosorum Iuris ciuilibus, aliarumque bonarum artium aliquando publicarentur, quae, ut superioribus annis aliquot feceram, ita tunc in otio scilicet ac secessu Semestri meditabar: praesertim cum Labeonem ex veteribus Iurisconsultis, qui plurimum studiis incubuit, totum annum ita diuidere solitum a Pomponio nostro accepissem, ut sex mensibus cum studiosis esset, sex vero mensibus secederet, librisque conscribendis operam daret: verum tamen cum nihil satis adhuc limatum ac politum ad manus haberem, & saepe stilum vertendum esse scirem, iterum quae digna legi sint scripturo, ut est apud poetam: genus quidem scriptiois aliquod inchoaturum esse me, sed eorum quae adhuc adnotassem rudium scilicet ac informium foetuum editionem differendam potius, quam accelerandam videri: ne ut caecos canis festinans catulos solet, ita illos ipse abortiuos, statimque morituros parerem. Ergo tempus trahere ipse quod poteram, virgere illi autem atque instare contra: Id namque scire se, Lectionum siue obseruationum libros complures sine magno negotio posse a nobis confici: hanc varia scribendi rationem, leuioris quidem ipsam operam, sed tamen a doctissimis quibusque viris, hac potissimum aetate receptam ac frequentatam esse: tum vero utilitatis, & propter varietatem (quae in omni re delectat) voluptatis non parum adferre lectoribus, ipsi etiam scriptori nihil molestiae interim exhibere: quippe cuius laxior solutioque in eo genere, quam in commentariis ad quaestionem Iuris aliquam conficiendis, aut reticendi quae nescierit nolueritve dicere, aut quae luce hominumque oculis digna esse iudicauerit, omnia in apricum proferendi facultas est. His ad extremum rationibus ego permotus, & ut honeste, ita ex meo etiam officio me facturum esse cogitans,

si, quod in memoriam saepe (quemadmodum initio dixi) reuocabam, id praestarem, enitererque ut aliqua otij nostri ratio extaret in publicum: cepi consilium denique colligendi ea, quae ad oras librorum meorum olim adscripseram, & coniecturas ac opiniones de bonorum auctorum locis aliquot perdifficilibus exponendi meas. Id quod perficere conatus sum libris iis, quibus Semestrium nomen dare libuit, nouum quidem istud, nec minus elegans tamen, ut arbitror, quam illa quae Variarum, Antiquarum, Nouarum Lectionum, aut Obseruationum, Disputationum, Miscellaneorum, Aduersariorum, & si quae sunt alia, plerique suis eiusdem argumenti libris praeposuerunt. Semestrium autem quoniam, ut exemplo Augusti principis consilia semestria quotannis Marcus Imperator cogere, atque inire ipse Iuris reddendi gratia consueuerat (quamobrem saepe a Iureconsultis laudari, & in testimonium citari, quae is in Semestribus rescripserit aut constituerit, scimus) ita nos quoque in otio illo semestri, post sex itidem menses iurisdictioni (ut supra retulimus) datos, consilia quasi quaedam cum Latinis Graecisque optimis auctoribus (quorum scilicet libros diurna nocturnaue manu versabamur) de Iuris interpretatione, deque aliarum literarum intelligentia & cognitione habuerimus. Haec de nomine. Nam de argumento & materia scriptiois huius, licet ea ex omnibus singulorum capitum titulis facile deprehendi possit, hoc generatim & in uniuersum audebo dicere: non inutiliter in id studium incubuisse me, ut plurimos auctorum locos obscuros declararem, deprauatos castigarem, integros sinceritati suae conseruarem, & ab vncis quorundam vnguibus protegerem. Omni prorsus opera elaboraui, ut Spartam, admonitu veteris prouerbij, tuerer, atque ornarem: id est, Iurisprudentiam, collecto vndique mundo & apparatu pretioso (quatum in me quidem esset) excolerem, comerem atque illustrarem: quam adeo sentam, squalidam, horridam plebeij quidam interpretes, impuris scilicet (illotis quidem certe) manibus pertractatam ad nos transmiserant, ut ei nihil opis omnino iam ad pristinam dignitatem recuperandam adferri posse videretur. Verum tamen nitorem, splendorumque suum ei restituere, deserteque antea &

foli relicta comites fidissimas, easdemq; honestissimas, Ethicen scilicet, historiam, & utramque literaturam adiungere, ut superioribus annis ante me nonnulli, quorum labor non fuit irritus, ita post alios equidem studui atque tentavi: ad eamq; rem pedestri, simplici, minimèque fucato, nō sordido tamen (ut videtur) aut inepto, sed mundo, quoad eius potui, castoq; ac Iureconsultis familiari sermone usus sum: qui utinam peræquè lectoribus eruditis placeat, ut ad nostras cogitationes mandandas literis eum commodissimū fore credidi. Utinam verò quam his aliquot cōscribendis, & euulgandis libris inire gratiam à studiosis literarū existimaui, eam sic mihi quod spero) in posterum ipsi habeāt, referantq; cum opus fuerit: ut neq; reprehensorū calumniā, neq; plagiariorum iniuriā, nec ullos deniq; fucorum, id est maleuolorum, inuidorūq; hominū aculeos aliquando vel inuitus experiar, vel inultus sentiā.

Sed iam tempus est ad id quod instituimus accedere. Et quoniam ad Romanorum Consulū historiam veterē à plerisque traditam, in tabulis propositam, & commentariis multorum doctissimis illustratam, ea ipsi ante biennium alio loco attulimus, quæ cum nemo vnus attigisset, ad illam tamen suis omnibus numeris absoluendam desiderari videbantur: De præfectis autem prætorio (quorum sub Imperatoribus potentia summa, & præcipua fuit in Reipub. administratione auctoritas) nihil à quoquam hætenus diligenter ex historiæ fide ac veritate, nihil perspicuè via & ordine vlllo, certe non multum (quod sciam) tractatū, ac leuiter tātummodò quidpiam & cursim dictum est. Equidem non committam, ut si quid ipse aut cum aliis, aut præter alios magno Dei opt. max. beneficio, non sine aliqua tamen diligentia nostra, imò verò assiduis vigiliis hac in parte assequutus sum, id silentio quasi tenebris obruere, Iurisq; ac historiæ cupidis inuidere voluisse posthac iudicet. Quin potius ea quæ de origine, auctoritate, officio, insignibus præfectorū prætorio pridem vndeque collegimus, omnia nunc iam ad publicā, si qua forsitan inde nascetur, vtilitatem non inuiti proferemus: ei namque nostros cuiusmodi sunt labores cōsecratos esse, ut oportet, ita profectò volumus. Atque hinc potissimum ordiri placet.

PETRI



PETRI FABRI REGII CONSILIARII, ET LIBELLORVM ORDINARII MAGISTRI, Semestrium Liber primus.

PALATIVM, PRÆTORIVM, PRÆFECTVS prætorio, Prætorianorum, siue Protectorum duplex schola, equitum & peditum. Bini sub Imperatorum plerisque præfecti prætorio: & qui ab initio quibus successerint.

CAP. I.



REGIAM Imperatorum Romanorum domum (quam Plutarchus in Galba καστάρων ἐστία, Herodianus βασιλῆον οἶκον, βασιλῆον ἐστία, βασιλῆον αὐλιώ, Regiam aulam nominat) ex eo & Prætorium & Palatium esse dictam, quòd in Palatino monte Romæ ut Faustulus & Romulus, ita longo post tempore Cæsar Augustus, adepto & constituto imperio habitauerit, addocet² his verbis Dio Romana historia² auctor gravissimus: καλεῖται δὲ τὰ βασιλῆα παρατίον, οὐχ ὅτι καὶ ἐδόξε ποτε ἕως αὐτὰ ὀνομαζέσθαι, ἀλλ' ὅτι ἐν τε τῷ παρατίῳ ὁ Καῖσαρ ἔκειτο, καὶ ἐκεῖ ὁ στρατὸς εἶχε, καὶ τίνα τὴν αὐτῶν τῶ Ρωμύλου παροικίαν φημὶν ἢ οἴκον αὐτοῦ ἀπὸ τῶ πατρὸς ὄρεσι ἔλαβε, καὶ ἀπὸ τῶ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κατὰ τὴν αὐτῶν τῶ παρατίου ὅτι πλησινὴ κατὰ τὴν αὐτῶν ἔσται. Quamobrem non modò Romæ, sed aliis quoque in locis sua principes

² lib. 53. vii. de Zonara tomo 2.

A

Romanos palatia olim habuisse legimus: ac Mediolanensis quidem in Genethliaco Maximiani Mamertinus commemorat, Constantinopolitani autem Imperatores in aliquo

¹ l. quicunque. C. de operib. publ.

rescripto Iustiniani Codicis¹. Quo etiam exemplo Palatium à nostris dicitur locus ille, in quo antiquitus Galliarum

Reges Lutetia plerunque morabantur: hodie Senatus Centumviralis, quod Parlamentum vocant, iuris dicendi gratia cogitur. Ei palatio qui praefectus erat sub iis Regibus, Comes palatii, & materna lingua, Maire du palais: id est,

maior palatii nominabatur: qui Romanorum Imperatorum

tempore praefectus pratorio dictus fuit: à Dione² ἐπεὶ ἦν δούροεικος Burrus sub Nerone, & ἐπεὶ ἦν δούροεικος Perennis sub Commodo: ab Herodiano³ idem Perennis itém-

² vide xiphilinum in Nerone & Commodo. ³ lib. 5. hist.

que Latus⁴ ἐπεὶ ἦν ἐρατοπέδων, praefectus castrorum: à Plutarcho⁴ Nymphidius Sabinus ἐπεὶ ἦν αὐλῆς, praefectus

⁴ in Galba sub initium. sic & apud Euaagriū lib. 3 cap. 32.

aulae: vel (ut Spartianus loquitur⁵) aulica domus, id est prae-

⁵ in Adriano. ⁶ cap. 15.

torij: nam aula est pratorium, ut beatus Marcus in Evan-

⁷ in Galba cap. 14. ⁸ in Galba.

gelio⁶ docet. Ideo Cornelium Laconem Suetonius⁷ praefectum pratorio vocat, quem τῆς αὐλῆς καὶ τῶν δούροεικῶν ἐπεὶ ἦν

⁹ lib. 9. hist. cap. 12. & cap. 30.

χρὶ ἀποδεδύχθαι, aula ac protectorum siue hastatorum praefectum creatum fuisse Plutarchus⁸ memorat. Gregorius

¹⁰ lib. 3. de gest. Francor. cap. 4. & 57. & lib. 4. cap. 6.

quidem Turonensis sub Childeberto Rege Romulum quandam, itémque Trudulfum palatii regalis comites, Florentianum verò maiorem domus Regiae fuisse ait⁹. Sigeberti tamen, Chilperici, Clotharij & Clodouai regum temporibus,

¹¹ 14. 15. 19. 37. 38. 44. & 46.

comitem, rectorem, praefectum, praepositum domus regiae siue palatii eundem fuisse, cum maiore domus, vel maiore domus

palatii, Aimoini siue Annonij cuiusdam monachi testimonij prope innumeris comprobari è Francica ipsius historia

desumptis potest¹⁰. Ego itaque non valde aberraturum cre-

do, si quis praefectum, praepositum, aut comitem palatii, vel si maiorem domus praefecto pratorii, protectorumq; pratorianorum comparauerit, qui domesticorum comes in aula Constantinopolitana dicebatur¹: namque Protectores erant οἱ αὐ-

¹ vide Graeca notitiam Imperij Constantinopol. & Aimoinū li. 4. de gest. Franc. cap. 109.

λι καὶ ἐρατητικοὶ πρῶτοι ἄρχοι, ut Plutarchus scribit² ὅτι ἔχοντες δούροεικῶν, qui aulici, siue domestici, & pratoriani

² in Galba & in Othone. ³ lib. 6. epigram.

nominabantur: sacri lateris custodes à Martiale³, ab Herodiano⁴ φυλάσσοντες τὴν βασιλικὴν αὐλὴν δούροεικῶν, & με-

τοφύλακες καὶ ἐραττωεῖαι: quòd & pratorium obseruarent, & latus principis tegerent. Eorum verò cohortes in palatio

⁴ lib. 2. 5. & 8. ⁵ lib. 16. annal.

stationem agebant teste Tacito⁵, ex Italis plerunque, Iberis, Macedonibus & Noricis, siue Germanis militibus constare:

id quod idem Tacitus⁶, & Suetonius⁷, & Dio⁸ tradunt. Nam sub Tiberio Roma castra constituta fuisse, quibus prae-

⁶ lib. 1. annal. ⁷ in Caligula cap. 58. & in Galba cap. 12.

toriana cohortes vaga ante id tempus, & per hospitia dispersa continerentur: quaeq; ex eo pratoriana castra dicerentur, iisdem auctoribus didicimus⁹. Ac de his quidem pratorianis, siue protectoribus domesticis accipiendum puto, quod

⁸ vide Xiphilinum in Seuero. ⁹ vide Xiphilinum in Seuero, Tacitum lib. 4. annal. Suetonij in Octauiio cap. 49. Tiberio cap. 37. & Claudio cap. 21.

panegyristes ait¹⁰: Arma igitur & iuvenes cum gladiis atque pilis non custodia corporis sunt, sed quidam Imperatoria

maiestatis solennis ornatus.

Duplex verò Domesticorum protectorum schola fuit, ut ex Imperatorum rescripto¹¹ colligitur, peditum & equitum. Ad pedites domesticos haec Iuliani¹² verba pertinent:

ἑπιπέδουτες οὖν σοὶ τῶν ὀπλων χεῖρσι, ἀπετείλα μὲν τε πανοπλίαν, ἢ τῶν πεζοῖς ἀρμότῃς κουφοτέρῃ δὲ ὅτι αὐτῆ τῆς ἰππέων ἐξαρτέλει, ἀμὲν δὲ σε τῶν οἰκείων σωματῶν ματι, &c.

Equites fuisse in pratorianis, praeter quàm quod Herodiano

¹⁰ Mamertinus in panegyrico Iuliani. ¹¹ l. 2. C. de domestic. & protector. lib. 12.

¹² ex epistola ad Leontium.

¹ lib. 4. nus¹ & noſter Iuſtinianus² & Zonaras³ poſt Suetonium⁴
² l. vlt. C. aperte docent, ex eo licet colligere: vel quod pratorianos ob
 de domeſt. cadem Pertinacis pulſos ciuitate, itemque arma militaria
 & protecto ipſis & equos ademptos fuiſſe à Seuero imperij ſucceſſore,
 lib. 12. vide Cuiaciu ad teſtis eſt Dio⁵: vel etiam quod ſub diſpoſitione Magiſtro-
 l. 1. eiufdem rit. rum equites tempore Dictatorum fuerint, iam inde à Lar-
³ annal. 10- gio dictatore & Spurio Caſſio magiſtro militum primis, vt
 mo 1. in Dio auctor eſt Dionyſius Halicarnaſſeus⁶. Nam præfecti præ-
 cletiano, de torio tale fere officium fuiſſe, quale olim Tribuni Celerum⁷
 prætoris de n veſ ſiſ in prætoris
 vov ſiſ ſiſ. qui ſic regi Romano iungebatur vt magiſter equitum dicta-
⁴ in C. Cali- tori, & ſecundum locum à principe obtineret, Pomponius⁸
 gula cap. 45 & Arcadius⁹ Iuriſconſulti prodiderunt.
⁵ vide Xi- Non ab re autem eſt quod hic ait¹⁰, Ad vicem magiſtri
 philinum in equitum non præfectum, ſed præfectos prætorio antiquitus
 Seuero ſub inſtitutos eſſe: non enim ſinguli, ſed plerunque duo ſimul, iam
 initium. inde à primis Imperatoribus (quod nemo forſitan adhuc ani-
⁶ lib. 5. an- maduertit) interdum etiam tres præfecti prætorio, eodem
 tiquit. tempore ſummam adminiſtrarunt Rempublicam. Ac pri-
⁷ de his vi- mum quidem Caio Antiſtio & L. Balbo Coſſ. duos præfe-
 de Plutarc. ctos prætorianorum creauit Auguſtus: Mæcenatis ea in re
 in Romulo (vt dicetur poſteà) conſilium ſequutus: idque Dio veteris
 & Numa. hiſtoria auctor optimus in hæc verba tradit¹¹: τὸ τε ὃ ἀεὶ
⁸ l. 2. quod ad magiſtra tus. & ſ. hunc magi-
 ſtra tu. D. de του καὶ ἐπὶ τοῦ τῶν δορυφόρων δύο ἀπεδίδξαν οὕτω γὰρ τοὶ ἀδελφοὶ
 orig. iur. καὶ ἐξ ἑμῶν τῶν ἐπὶ τοῦ τῶν τῶν, ἐπειδή τῶν ἐκ νεύου κεν, ὄνο-
⁹ l. 1. de off. μῆζω. Præfectorum verò nomina non adfert.
 præf. præto. Sub Tiberio quidem Seianus regendis prætoris cohorti-
¹⁰ d. l. 1. in bus collegam habuit patrem equitem Romanum, vt M. Te-
 princip. rentius eques apud Cornelium Tacitum¹² in oratione ad
¹¹ lib. 55. hi- Tiberium in Senatu expreſſit, & ab ipſo Dione¹³ hiſ verbis
 ſtor. relatum eſt: οὗτος οὖν ὁ Σειανὸς ἄριστος ἄνθρωπος ἦν καὶ πατρὸς τῶν
¹² lib. 5. an-
¹³ lib. 57.

¹ lib. 4.
² l. vlt. C.
 de domeſt.
 lib. 12. vide
 Cuiaciu ad
 l. 1. eiufdem
 rit.
³ annal. 10-
 mo 1. in Dio
 cletiano, de
 prætoris de n
 veſ ſiſ in prætoris
 vov ſiſ ſiſ.
⁴ in C. Cali-
 gula cap. 45
 & in Clau-
 dio cap. 21.
⁵ vide Xi-
 philinum in
 Seuero ſub
 initium.
⁶ lib. 5. an-
 tiquit.
⁷ de his vi-
 de Plutarc.
 in Romulo
 & Numa.
⁸ l. 2. quod
 ad magiſtra
 tus. & ſ.
 hunc magi-
 ſtra tu. D. de
 orig. iur.
⁹ l. 1. de off.
 præf. præto.
¹⁰ d. l. 1. in
 princip.
¹¹ lib. 55. hi-
 ſtor.
¹² lib. 5. an-
 nal.
¹³ lib. 57.

δορυφόρων ἦσαν. Equidem Seium Strabonem ſub Auguſto
 etiam prætorianis cohortibus præfectum, eique poſteà colle-
 gam filium AElium Seianum fuiſſe datum ex eo demon-
 ſtrari poſſe arbitror: quod neque illos à Tiberio ad præfectu-
 ram promotos fuiſſe legitur, & ſtatim ab Auguſti morte
 apud Conſules Pompeium & Apuleium (quorum anno
 Auguſtus obiit) Seium Strabonem in verba Tiberij iuraſſe
 Tacitus¹ auctor eſt, eumque prætoriarum cohortium præ-¹ lib. 1. an-
 lectum nominat. Adicit poſteà, ubi de Druſo, ſimul præ-^{nal.}
 torij præfectus AElus Seianus collega Straboni patri ſuo
 datus, magna apud Tiberium auctoritate rector iuueni &
 ceteris periculorum præmiorumque oſtentator. At Strabo-
 ne in Agyptum miſſo, ſolus prætorianam præfecturam Se-
 ianus rexit, vt docet Dio²: qui Neuium Sertorium Ma-² lib. 57. hi-
 cronem à Tiberio in Seiani necem prætorianis cohortibus^{ſtor.}
 præfectum fuiſſe, paulo poſt tradit hiſ fere verbis: ἐπέελε
 κατ' αὐτὸν τὸν σιωεδρίαν δὲ Νεβίον Σερτωίαν Μακρωνος, ἀρχὴν
 τε αὐτὸν τῶν ἑμαποφυλάκων κρῖθα παροικητήσας. Itaq; poſt
 Seianum Macro prætorianis cohortibus præfuit ſub Tiberio
 & Caligula, idque Tacitus³ & Tranquillus⁴ ſcribunt. ³ lib. 5. an-
^{nal.}
 Deinde, imperante Claudio, prætoriarum cohortium cu-⁴ in Caligula
 ra fuit penes Lucium Getam & Rufum Criſpinum: quos^{cap. 12.}
 cum Meſſalina memores & liberis eius deuinctos Agrip-
 pina crederet uxor Claudij, hac aſſeuerante diſtrahi cohortes
 ambitu duorum, & ſi ab uno regerentur intentiorem ſo-
 re diſciplinam, transfertur regimen cohortium ad Burrum
 Afranium egregia militaris fama, gnarum tamen cuius
 ſponte præficeretur, vt idem Tacitus⁵ auctor eſt. Ante Ge-
 tam atque Criſpinum, certe quidem eius ipſius Claudij tem-
 poribus, Rubrius Pollio prætorianis præfuerat: idque alicu-
⁵ lib. 12. an-
^{nal.}

H
 I
 L
 I
 K
 O
 B
 A

1 vide Tacit fecituram gessit) successisse arbitrer.

2 in Traiani vita. cap. 3. 3 in Adriano.

Sub Traiano Licinius Sura ut e Xiphilino infra d- cebimus, sub Adriano Tatianus & Similis, inque horum vicem Turbo & Septicius Clarus praefecti pratorio fuere: idque in eorum Imperatorum vita Dio docet, itemque Spartianus his fere verbis: Cum Tatiani praefecti sui, & quondam tutoris potentiam ferre non posset, nisus est eum obtruncare, &c. Cui cum successorem dare non posset quia non petebat, id egit ut peteret: atque ubi primum petiit, in Furbonem transtulit potestatem, cum quidem etiam Simili alteri praefecto, Septicium Clarum successorem dedit.

Antonino Pio, Romani orbis imperium obtinente, Ganius Maximus praefectus pratorij usque ad XX. annum peruenit vir seuerissimus, cui Tatius Maximus successit: in cuius demortui locum duos praefectos substituit, Fabium Repentinum, & Cornelium Victorinum, ut Iulius Capitolinus memorat: qui & Victorinum Furium eundem cum Cornelio, ut arbitror, praefectum pratorij sub M. Antonino philosopho fuisse innuit.

4 in vita Antonini vii. 5 in M. Antonino philosopho.

Sub quo etiam, itemque sub Commodo Imp. collega in praefectura pratoriana fuere Perennis, & T. Arruntenus Paternus, quod ex eo Dionis loco addiscimus, in quo de caede Perennis ita loquitur: ο μὲν οὕτως ἐσφάγη, ἥμισυ δὲ τῆς τοπαρίας, καὶ δι' ἑαυτὴν καὶ διὰ τὴν πᾶσαν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὀφείλων, πλὴν καὶ ὅσον εἴς τι τὴν φιλαρχίαν ἀπιώτατος τῶν Πατρῶν σὺν ἀρχόντι τῆς ὀλέθρου ἐλάττω. Sed & obtruncato Perenni, eius vice duos praefectos constitutos fuisse a Commodo Herodianus in ipsius vita sic fere scribit: ο ἵ Κομμωδος δύο τοὺς ἐπιάρχους καταστήσας, ἀσφαλέστερον αἰήθη μὴ ἐν πιεσύν τσαύτω ἐξουσία, μελετήσαν δὲ αὐτῶν ἀσθεν

νετέρον

νετέρον ἐσφάγη ἥλπισε πρὸς τὴν βασιλείαν ὀπίθουρίας. Eiusdem Commodi temporibus praefectum Ebutianum interemptum, in cuius locum Cleander, cum aliis duobus quos ipse delegerat, praefectus sit factus: tuncque primum tres praefectos pratorio fuisse: inter quos Libertinum, qui a pugione appellatus est, Lampridius tradit. De Cleandro quidem Herodianus πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐλαττωσά, exercituum imperium ei concessum ac traditum fuisse memorat. Motilenum praefectum pratorio per ficus veneno interemptum a Commodo, Lampridius auctor est: & item praefectum prae. Iulianum togatum, praesente officio suo, in piscinam detrusum: nam praefectos Paternum & Perennem non diu tulit, ac de his etiam praefectis, quos ipse fecerat, triennium nullus impleuit: quorum plurimos interfecit vel veneno, vel gladio: idque Lampridius, & Latum quendam sub eodem Commodo praefectum pratorij fuisse scribit. Ad dit Capitolinus Pertinacem, qui Commodo in imperio successit, post laudes suas a Consulibus dictas, & post vituperationem Commodi acclamationibus Senatus ostensam, egisse gratias Senatui, & praecipue Laeto praefecto pratorij, quo auctore & Commodus interemptus, & ipse Imperator est factus.

1 in Commodo lib. 1. mentit & Marcellinus lib. 26. 2 in vita Commodi.

4 in Pertinace.

5 in Iuliano.

6 in vita Seueri. vide & in Antonino Geta.

Didius Iulianus, ut apud Spartianum est, Flauium Genialem, & Tullium Crispinum suffragio pratorianorum praefectos pratorij fecit: ac deinde tertium fecit praefectum Veturium Macrinum, ad quem Senerus literas miserat, ut esset praefectus.

Imperator Senerus, adeptus imperio, fecit statim praefectum prae. Flauium Iuvenalem, quem etiam Iulianus tertium praefect. prae. sibi assumpserat, idque Spartianus re-

B

fert: quo loco Iuvenalem (ut puto) nominat eum, quem ante appellauerat Genialem. & alibi¹ Plautiani sub Seuero praefecti pratorio mentionem facit idem auctor, in hac verba: Et obtinisset eius sententia, nisi Plautianus praefectus, vel Iuuenalis institissent, spe proscriptionum, ex quibus ditati sunt. Postea vero idem Imper. obtruncato Plautiano, filij sui Antonini Bassiani Caracalla socero praefecto praet. quem Herodianus ἐπιχροντα στρατοπέδων vocat, in posterum duos praefectos constituit, ut idem Herodianus² auctor est, qui ita scribit: ὁ δὲ Σεβήτης τῶν λοιπῶν ἐπιχροντας δύο τῶν στρατοπέδων κατέστησε.

Sub Antonino etiam Caracallo duos simul praefectos pratorio fuisse Dio³ innuit, cum Theocritum libertinum ac scenicum eo usque potentiae peruenisse ait, ut pra illo nihil apud Antoninum Imper. ambo praefecti praet. haberent auctoritatis. ἡ δὲ ὁ Θεόκριτος (ait) ἐκ δούλου γνησὺς καὶ τῆ ὀρχήστρα ἐμπαιδοτελειητής. εἰς Ἰουλιανῶν μὲν τοὶ ἤλασι διωαείαν παρ' Ἀντωνίνῳ, ὡς μηδὲν εἶν' ἀμφοῦ ἀπὸς αὐτῶν ἐπιχροντας. Fuerunt vero post Papinianum praefectum securi percussum in Caracalli conspectu (de quo apud Spartianum⁴ legitur) duo praefecti pratorio: Aduentus, qui postea consul, & Opilius Macrinus, qui, ablegato collega, Antoninum Caracallum imperatorem suum, Capitolino⁵ teste, interemit, & ipse Imperator factus est: quorum praefectorum praet. mentionem habitam reperio in quodam rescripto Iustiniani Codicis⁶, & apud Herodianum: cuius testimonium ad ea quae diximus illustranda & confirmanda, iuuat proponere. Sic igitur optimus auctor historiae Romanae scribit⁷, ubi de Antonino Caracallo: ἡσθμὲν δὲ αὐτῶν ἐπιχροντας τῶν στρατοπέδων δύο, ὁ μὲν

¹ in Antonino Getae meminit Marcellinus lib. 26.
² lib. 3. histor.
³ vide Xiphilinum in Antonino Caracallo.
⁴ in seuero & in Antonino Caracallo.
⁵ in Opilio Macrino meminit & Spartianus in Caracallo.
⁶ l. j. c. de senten. pas. & restit.
⁷ lib. 4. histor.

προσεβύτης πύρου, τὰ μὲν ἄλλα ἰδιώτης καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀπειρώς ἔχει, στρατιωτικὸς δὲ γνησθῆσαι δοκῶν Ἀβδευρος (malim Ἀδβευρος) ὄνομα αὐτῶν ὁ δὲ ἕτερος Μακρίνος μὲν ἐκαλεῖτο, τῶν δὲ ἐπιχροντας ὅτε ἀπειρώς εἶχε, καὶ μάλιστα νόμων ὀπισημῆς.

Macrinus Imperator Iulianum quendam praefectum habuit, ut ex Capitolini¹ scriptis colligitur.

¹ in Opilio Macrino.

Macrini successor Heliogabalus, ad praefecturam praet. Eutythianum Comazonia, si Dioni² credimus, & Saltatore³, qui histrionicam Romae fecerat, asciiuit: ut est apud Lampridium³. Postea Paulus & Vlpianus praefecti praet. in magno sunt honore habiti ab Alexandro: quos alij ab ipso praefectos, ab Heliogabalo alij factos fuisse dicunt, teste ipso Lampridio.⁴

² in Auito Pseudantonino.

³ in Antonino Heliogabalo.

⁴ in Alexandro.

Gordiani principes, interfecto iussu Senatus per quaestorem & milites Vitaliano quodam, qui pratorianis militibus praerat, quemque ὁ καὶ τῶν Ῥώμῳ τῶν στρατοπέδων ἀρχεστῶτα, urbanorum castrorum praefectum Herodianus⁵ vocat, amico & familiari Maximini, Misitheum & huius extincti loco Philippum Arabem humili genere natum sed superbum, qui postea Imperator fuit: eodemque tempore Maximus & Balbinus Pinnarium Valentem, auctore⁶ Capitolino, Licinius & Valerianus, deinde Ablauium Murenam, ut Pollio⁷ scribit, praefectos pratorio suos habuere.

⁵ lib. 7. histor.

⁶ in Gordianis & in Maximo meminit Marcellinus lib. 23.

⁷ in Claudio.

Sub Valeriano autem Muluium Gallicanum, & ipsum praefectum praet. fuisse colligimus, ex inscriptione quarundam ad ipsum Valeriani de Probo literarum, quas Vopiscus⁸ refert.

⁸ in Probo.

Sub Aureliano, itémque sub Tacito Mesijs Gallicanus: sub Probo autem Capito, itémque Carus: sub Caro, Carino & Numeriano, Aper & Matronianus quidam vetus conciliator, cum Diocletianus domesticos regeret: sub Diocletiano denique Verconius Herennianus praefecti praetorio fuere, ut idem Vopiscus¹ tradit.

¹ in Aureliano, in Tacito, in Probo, in Caro Numeriano & Carino. ² l. praecipimus. C. de appellat. ³ epist. 6. lib. 8. epist.

Sub posterioribus Imperatoribus non modò in comitatu principis², sed etiam per Orientem & per Occidentem in Africa in Illyrico Italia & Gallis, singuli praefecti praet. fuerunt, qui dioeceses sui quisque tractus regebant: & (ut Sidonius loquitur³) tribunalibus praesidebat: idque ex duobus Codicis Iustiniani titulis XXVI. & XXVII. libri primi manifestum est: & ex l. 2. tit. 39. de militari veste lib. XII. Cod. & ex plurimarum Codicis Theodosiani & Iustiniani constitutionum inscriptionibus probari potest.

⁴ lib. xv. ad finem & lib. 19. & lib. 21.

sed & ex Ammiani Marcellini historia⁴, & ex Imperij Romani Notitia, qua nomina dioeceseum, atque provinciarum complectitur. Postea quidem sub Rege Francorum Clothario Varnarium quendam maiorem domus comitem palatij, siue praepositum palatij in regno Burgundiae: Austrasias verò quendam Radonem, deindeque Pipinum eodem honoris gradu praefectum fuisse, Aimoinus Francicae historiae scriptor haud contemnendus addocet⁵. Sed ad Romanam historiam revertamur.

⁵ lib. 4. de gest. Franc. cap. 6. 14. & 19.

Praefecti praetorio ex equitibus, & ex assessoribus praefectorum assumpti, vestis Senatoria & equestris. Praefectorum potentia, dignitas, officium. Explicantur suetonij ac Dionis loci. Praefectura praetorianam dignitate patriciatui, patriciatum Consulatu cedere. Explicata l. 1. D. de senator. & l. 1. C. de consulibus.

CAP. II.

Diximus equites fuisse praetorianos. Ex equitibus quoque non ex plebe, aut senatoribus plerunque delectos à

principibus fuisse, qui praefecturam praetoriarum cohortium susciperent, historiarum lectione admonemur. Apud Dionem¹ profecto Maecenas id consilium Augusto dat, ut ex equitibus duos potissimum assuetos militia, aliarumque rerum administrationi eligat: quos hastatis corporis sui protectoribus siue custodibus, aliisque in Italia militibus, itémque Caesarianis, & reliquis ipsius ministerio deseruientibus praeficiat. τῷ δὲ ἰππέων, inquit, δύο τρεῖς ἄριστοι τῆς αἰετῆς Φερεσῆς ἀρχὴν. τότε γὰρ ἐνὶ αἰδρὶ αὐτῶν ὄπισθεπέσθαι σφαλεροῖν, & ὁ πλείοσι παρὰ χῶδός ἐστὶ δύο τε αὐτῶν οἱ ἐπιπέχοι οὗτοι, ἵνα αὐτῶν ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐπαμύνηται τὴν σάματι, μήτοι γὰρ αἰδέσθαι τῶν φυλάξοντός σε εἴης καὶ κατὰ δαδασμὸν ἐκ τῆς πολλὰς ἐστρατευμένων, καὶ πολλὰ καὶ ἄλλα διακνηκῶν. ἀρχέτωσθαι δὲ δὴ τῶν τε ἀδρυφόρων, καὶ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας πόρτων, ὥστε καὶ θανατοῦ τοῦ ἀδικουῦτος αὐτῶν ἐστὶν ἐπιπέχοις ἐχοίτες, καὶ παρῶσι καὶ τῶν καμαρίων, τῶν τε ἐκ τῆς θρακίας σοῦ ὄντων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν λόγου τινὸς ἀξίων. Hæc Dio. Itaque summa fuit equestris ordinis dignitas Praefectura praetoriana: cuius candidatum fuisse, Galba temporibus, Icellum quendam Suetonius in hæc verba narrat²: quæ nõ possum de censu equestri accipere. Icellus paulo ante anulis aureis, & Martiani cognomine ornatus, ac iam summae equestris gradus candidatus.

¹ lib. 52. historiæ.

² in Galba cap. 14.

Praefecturam praetorii Titus Vespasiani filius suscepit nunquam ad id tempus (ut ait³ Suetonius idem) nisi ab equite Romano administratam. Sapissimè Pertinax à Marco & in concione militari, & in Senatu laudatus est: doluitque palam Marcus, quòd cum Senator esset, praefectus praetorio fieri à senon posset: idque Iulius Capitolinus⁴ scribit. Quamobrè si quem praefectura praetoriana

⁴ in Pertinace.

privare volebant Imperatores, ei Laticlavi honorem, id est Senatoriam dignitatem concedebant. Crispinus quidem eques Romanus, quondam praefectus pratorij, dignitate Senatoria & Consularibus insignibus donatus, ac Neronis temporibus crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iussa mortis nuncio, semet interfecit, ut apud Tacitum legimus: in cuius verbis articulus (Quondam) satis ostendit, Crispinum accepta Senatoria dignitate, & insignibus Consularibus praefectum prae. esse desuisse. Commodus etiam, instigante Tigidio (ut Lampridius scribit) Paternum per Laticlavi honorem a praefectura administratione submovit: Claudius Imper. primum, ut sibi in curiam praefectum pratorij secum inducere liceret, precario exegit, teste Suetonio. Itaque Rubrio Pollioni praefecto prae. & effigiem & sedem in Senatu, quoties se in curiam euntem comitaretur, concessit: ut auctor est Dio in illo loco: Ρουφείω δὲ δὴ Πολλίων τῶν ἐπάρχων εἰκόνα καὶ ἔδραν ἐν τῶν βουλευτικῶν, ὅσαυτις αὐτὸς ἐς τὸ σπυρίδιον αὐτῶν συνεστή, καὶ ἵνα γὰρ μὴ κεραιπομεῖν τι δόξῃ, ἔφη καὶ τὸν Αὐγούστου ὅτι Οὐαλερίου πινὸς λίγμοσ τὸ το πεποιχένον.

lib. xvi. annal.

in Commodo Antoni. no.

in Claudio cap. 12.

lib. 58. histor.

Arretinus deinde Clemens senatorij ordinis in Arij Variolocum praetorianis praepositus, a Mutiano fuit Vespasiani temporibus, cuius ille domui per affinitatem innexus erat, ut Tacitus scribit.

lib. 20. annal.

Titus quoque Vespasiani filius praefecturam suscepit, ut modò diximus. Postea verò Alexander Imperator praefectis prae. suis Senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi & essent, & dicerentur: quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat: eò usque ut si quis Im-

peratorum successorem praefecto prae. dare vellet, Laticlaviam eidem per libertum summitteret, ut in multorum vita Marius Maximus dixit.

Alexander autem idcirco Senatores esse voluit praefectos prae. ne quis non senator de Romano senatore iudicaret. Hac ex Lampridio desumpsimus, apud quem Laticlavii honor vel (ut Caius noster loquitur) Laticlavij, Senatoria est dignitas: Laticlavium, est senatoria vestis, quam auctores Graeci πλατύσημων ἐσθῆτα vocant. Equites Romani à Senatoribus clavi qualitate discernabantur, ut idem Lampridius tradit. Augustum clavum equites gerebant, Senatores latum: qui cum in magno & publico luctu vestem mutarent, equestrem habitum, id est lato clavo deposito, angustum assumebant: ut magistratus praetexta posita, vestem senatoriam, id est latum clavum, id quod duobus potissimum locis à Dione traditur: nam ubi de consulibus: οὐ μόνον οὐδ' ἐκείνοι (ait) ἀφ' ὁμοῦ σφίσι ἀφ' ἑνὸς ἐκ τῶν σφαιρίων ἄρχων κατέστησαν, καὶ ἄφ' ἑνὸς καὶ πῶν βουλευτικῆν ἐσθῆτα κατατέμενοι, καὶ τῆ ἰππιάδι πῶν γεροισιαν ὡσπερ ὅτι μεγάλα πινὸς πένθη συνεσθοντες. & ubi de luctu ob mortem Augusti: τῆ τε ὑπερβα βουλή ἐχρήετο, καὶ ἐς αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι πῶν ἰππιάδα σολῶν ἐδιδυκότις συνεσθον, οἱ δὲ δέχοντες πῶν βουλευτικῆν πῶν ἱματίων τῶν ἀειπορφύρων. Ergo Senatores interdum equestri, Equites nunquam senatoria veste utebantur: nisi quod Seianus praefectus prae. (ὃν ὁ Τιβέριος ἐκ τῶν ἱματίων ὁμοίτητες ἀεσθῶν, τῆς τε σφαιρικῆς τῆς τε ἐκασμῆς ἐκόσμησεν, ὃ μὴ πῶν ἀεσθῶν μὴ δὲ τῶν ὁμοίων αὐτῶν ἐγεγόνε, καὶ σύμβουλον ἐὑπερέπεω ἀεὶς πῶν ἐποίητο, si Dionii credimus) idemque equitis filius, cum Senatorio ambitu non abstineret, praetoris insignibus, quibus à Tiberio

in Alexandro severo.

l. nuper. D. de donat. int. vir. & vxor.

Herodian. lib. 3. strabo lib. 3. ubi de Balearibus.

Epicteus apud Arrianum lib. 1. cap. 24.

in Alexandro

lib. 40. histor.

lib. 56.

lib. 57.

donatus fuerat, ac multo etiam magis senatoria veste indui potuit. Sane quidem aliquot annis postea Plautianus, iidem praefectus praet. atq; adeo equestris ordinis sub Severo Imp. lato clauo amictus incedebat: ἡμῶν τὴν πλατύσημον ἐδῆ-

³ lib. 3. τα, ut Herodianus auctor est. Ei nimirum ornamenta consularia Seuerus dederat, & in Senatum induxerat: sed & consulem dein creatum, quasi iterum consulem haberi voluit, ac declarauit Imperator: quod ius ab eo tempore in aliis obseruari cepit, quemadmodum a Dione² traditur: cuius haec verba sunt: Σεβήτης ὁ ἀποκεῖταιρ ἑσθῆτος Πλαυτιανὸν ὑπατίστῃς τῆσθῃς πημήσας, καὶ μὲν τῆσθῃ ἐς τὸ βυβαλὺκὸν ἐστα-
² lib. 46. γαλὸν καὶ ὑπατῶν ἀποδείξας, ὡς καὶ δευτέρου ὑπατεύσαντα αἰε- κήρυξε. καὶ ἀπ' ἐκείνθ' ἐτέρων β' ἀπὸ ἐγγύθῃ. Sed ad rem.

Ex equitibus igitur primò, deinde ex assessoribus praefecti pratorio assumpti sunt post Pescennium Nigrum: qui cum Marco & Commodo intimasset, ut assessores in quibus prouinciis assedissent in his administrarent, ne noui ad Rempub. regendam accederent: id postea Seuerus (ut apud Spartianum³ est) & deinceps multi tenuerunt: ut probant Pauli & Vlpiani praefecturae, qui Papiniano in consilio fuerunt: ac postea cum vnus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim praefecti sunt. Assessorem Papiniani praefecti praet. Paulū fuisse vel inde apparet, quod in libris quaestionum⁴ de cautione quadam disputat: quam ait in auditorio AEmilij Papiniani praef. praet. Iurisconsulti lectam fuisse: sed praeter Spartianum, id quoque Lampridius⁵ docet. Antè Pescennium Nigrum, Cornelius Laco ex assessore praefectus pratorij factus fuit sub Imp. Galba, ut Suetonius⁶ memorat.

³ in Pescennio Nigro.

⁴ l. lecta. D. si cert. pet.

⁵ in Alexandro.

⁶ in Galba cap. 14.

Ceterum, siue ex equitibus, siue ex assessoribus fierent praefecti

praefecti praet. magna semper eorum fuit auctoritas propter amicitiam principum, à quibus eò dignitatis essent prouecti, iam inde ab Lucio AElío Seiano: qui patre Seio Strabone equite Romano genitus, & cohortibus pratorijs sub Tiberio praefectus, vim praefecturae modicam antea intendit, dispersas per urbem cohortes una in castra conducendo, ut est apud Tacitum¹: cui astipulatur his verbis Dio²: Ἐστὶ δὲ οὗτος ὁ Σιανὸς ἄριστος καὶ τῆσθῃ πατρὸς τῆσθῃ δόρυφόρων ἠρξεν. ἐπεὶ δὲ ἐκείνου ἐς τὴν Αἴγυπτον πεμφθέντος, μόνος τὴν πρυτανείαν ἀπέχετο, καὶ τὰ τε δῆλα σιωπῆσειν αὐτῷ καὶ τοὺς λόγους ἰδίᾳ καὶ χερσὶ ἀλλήλων, ὡς τῶν τοὺς τῆσθῃ νυκτιοφυλάκων ὄντας, ἐς ἐν ταύτης σιωπῆσαν, ὡς τε τὰ τῶν ἱερῶν καὶ ἀθροῦσθῃ καὶ ἀπὸ τῶν χείρων λαμβάνειν, καὶ φοβερῆσθῃ πᾶσιν, ἀπὸ καὶ ἐν τῶν ὄντας, εἶ.

¹ lib. 4. annal. sub initium. Seiani etiā sueton. meminit in Tiberio cap. 48. 55. 66. ² lib. 57. hist. stor.

Atque ut ex uno reliqui fere omnes praefecti praet. simul astimentur, haud vulgaria sanè optimi utriusque auctoris hoc loco testimonia de potentia & auctoritate Seiani praefecti praet. statim subiiciam. Neque Senatorio (Tacitus³ inquit) ambitu abstinebat, clientes suos honoribus aut prouinciis ornando, facili Tiberio atque ita prono ut socium laborum non modò in sermonibus, sed apud patres & populum celebraret: colique per theatra & fora effigies eius, interque principia legionum sineret: qua de re in eandem ferè sententiam haec Dio⁴ scribit: τὸν δὲ δὴ Σιανὸν ζῶντα ἐν τῶν θεάτρῳ καὶ χαλκοῦ ἐστησε. καὶ ἐκ τούτου πολλαὶ καὶ ἐπὶ πολλῶν εἰκόνες αὐτοῦ ἐποιήθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἑπαμνοὶ καὶ τῶν δῆμων ἐπὶ τῆσθῃ βουλῇ ἐγέγοντο, ἐς τε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ οἱ τε δῆμοι οἱ ἡγόμιστοι καὶ οἱ ὑπατοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ὄρθρον σιωπῆσειν ἐφοίτων, καὶ τῶν ἰδίᾳ αὐτῶν πρῶτα ὅσα τινὲς ἀξιώσαντ' ἐπὶ τῶν Τιβέριος ἐμύθησθῃ, καὶ καὶ νῦν ἐπὶ τῶν ἡγεμονῶν ἀπὸ τῶν Τιβέριος ἐμύθησθῃ, καὶ σιωπῆσειν εἰπεῖν, ὡς δὲ ἐπὶ χερσὶ αὐτοῦ τῶν τοῦτον ἐπὶ τῶν ἡγεμονῶν.

³ in dicto lib. 4.

⁴ in dicto lib. 57. hist. vide & Suetonium Tiberio cap. 65.

C

statuis in honorem Seiani erectis, sed de ipsius natalitiis ex S. consulto publice celebratis, votisque tam pro eo quam pro Tiberio susceptis, et iureiurando per eius atque Tiberij fortunam concepto, idem auctor in hac verba paulo post loquitur: ο δὲ Σιαῖος ἐπὶ καὶ μάλλον ἤρετο, καὶ ἐψηφίσθη ὅπως τὰ γυμνάσια αὐτῷ δημοσία ἐορτάζηται. ὁ γὰρ τοὶ πλήθος τῶν ἀνδραίων ὧν ἢ τε βελή, καὶ ἢ ἰππασί, αἱ τε φυλαί, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ παλαιῶν ἐστῶν αὐτῷ, ὅσοι ἐξηλθῆσαν διὰ τὴν ἀρεστέα τε ἰδίᾳ μὲν ἢ γενεαίᾳ, ἰδίᾳ δὲ οἱ ἰππασί, τὴν τε πλήθος ἐκ τῶν δημοίων καὶ ἐκ τῶν ἀρεστέων τῶν σφετέρων παρὰ αὐτοῦ ἐπιμύον, καὶ οὐχ ὅτι ἕως αἰμφοῖν ὁμοίως καὶ ἔθρον, καὶ τὴν τύχην αὐτῶν ὠμυσοῦσιν.

Denique illuc ventum esse, ut pra Seiano Tiberius contemptui ab omnibus haberetur, idem Dio narrat: utq; ad Seianum quasi principem omnes accederet. Sic enim postea: ο δὲ δὴ Σιαῖος, καὶ μείζων καὶ φοβερώτερος αἰεὶ ἐγίγνετο, ὥστε καὶ τοὺς βουλευτάς, καὶ τοὺς ἄλλους ἐκείνῳ μὲν ὡς καὶ ἀποκράτορι παρουσῆσαι, τὸν δὲ Τιβέριον ἐὶ ὀλιγωρία ποιῆσαι. Et statim: ο δὲ Σιαῖος τοιοῦτος ὡς τῆ τε ἀποροχῆ τῆ φρονηματος, καὶ τῶν μεγάλῃ τῆς ἐξουσίας, ὥστε στωελέντι εἰπεῖν, ἀπὸν μὲν ἀποκράτορα, τὸν δὲ Τιβέριον μοῖσαρχὸν τίνα εἶναι δοκεῖν. Et alia id genus quamplurima percenset idem auctor eo in loco: ex quo petere cuilibet promptum est, nos hac profecto nimium multa describendo iam defessi sumus: sed si quis legerit, illud nimirum intelliget, quam verè meritoque purgandi sui causa tum proferret actus ob amicitiam Seiani reus eques Romanus quidam nomine M. Terentius, cum ad Tiberium in Senatu de Seiano loquens, aqud ipsum Tacitum¹: Non est nostrum, inquit, aestimare quem supra ceteros, et quibus de causis extollas: tibi summum rerum iudicium Dii dedere, nobis obsequii gloria relicta est: Spectamus porrò quae coram habentur, cui

¹ in dicto lib. 4. annal.

ex te opes, honores, queis plurima iuuandi nocendive potentia, quae Seiano fuisse nemo negauerit: haec autem verba his totidem Graecis Dio reddidit: καὶ γὰρ τοὶ παλαιῶν καὶ ἡμῶν παλαιῶν τὰς τοὺς αὐτῷ ἡμῶν μὲν ἀγαπᾶν, μὴ πολυπραγμονοῦσιν, ὅποιοί τινες εἰσὶν, ἀλλ' ἐνα ὄρον τῆς φιλίας σφᾶν ποιῶμεν, ὅπως αὐτοῦ ἀποκράτορι ἀποκράτορι. sequitur deinde apud Tacitum: Ne, patres conscripti, ultimum Seiani diem, sed sexdecim annos cogitaueritis, etiam Satrium atque Pomponium venerabamur: libertis quoque ac ianitoribus eius notescere pro magnifico accipiebatur. Sed de Seiano plus satis: ad alios, eo relicto, transeamus.

¹ lib. 57. in orat. M. Terentij de Tiberio ad senatum.

Perennem praefectum tantum potuisse apud Commodum ait Lampridius, ut nihil sibi nuntiari passus sit Imp. nisi quod Perennis ante tractasset: Perennis verò cuncta sibimet vindicauerit, quos voluit interemerit, spoliauerit plurimos, omnia iura subuerterit, praedam omnem in sinum contulerit.

² in Comodo.

Plautiano etiam praefecto praet. sub Severo et Rome, et iussu Senatus erectas fuisse plures et grandiores quam Imperatori statuas, ex Dione Xiphilinus tradit: deinde subiungit: τὴν τε τύχην αὐτῷ παλαιῶν οἱ ἐρατῶτα, καὶ οἱ βελύτατοι ὠμυσοῦσιν, καὶ ὅτι τῆς ἑταιρίας αὐτῷ δημοσία ἀπὸν τῶν ἄλλων. quae sic, aduocata Dionis ipsius auctoritate, interpretor. Eum qui Iulio primūm Casari tributus, et à Tiberio dum popularis haberi vult ab initio repudiatus, ipsi deinde aliis que Imperatoribus Romanis honor est habitus, Plautiano etiam oblatum fuisse, qualem Seiano quoq; Tiberii quondam praefecto praet. ut per fortunam ipsius aut genium salutem ueraretur: et cum Romanis esset in more positum, ut prosperum statum Imperatori, auctore Plutarcho, precarentur: solemnesque Diis supplicationes in eam rem quotannis, ut

⁴ in Galba, ibi, καὶ ποτε θεας ὄσας καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχαγῶν τῶν ῥωμαίων, σύντες διπλάσι ἐπυχομένων τῶν αὐτοκράτορων.

lib. 44. hist. stor.

lib. 57. hist. stor.

lib. 3.

apud Dionem est, iam inde à Iulio Cesare fierent: pro Plautiani salute ac felicitate à militibus & senatu vota publice suscepta, tanquam pro principe ipso fuerint: de quo alibi diximus nonnihil, Dionis verba pratermissimus: quæ hîc, ut opinor, historia studiosi percupidè lecturi sunt. Igitur ubi de Iulio Cesare: *καὶ ἀποστειλὲν τὸ βίχρα δὲ αὐτῷ δημοσίᾳ κατ' ἔπος ἕκαστον. πῶς τε τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιωσάμενος, καὶ τὰ ἀποστειλόμενα αὐτῷ πᾶσι κώρια ἀξίῃ δημοσίᾳ.* & aliquanto post de eodem Cesare: *ὁ δὲ ἔπειθ' ἐπισημασάμενος δημοσίᾳ κατ' ἔπος βίχρα ἐπισημασάμενος, καὶ πῶς τε ὑπέλαβεν πῶς τε τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιωσάμενος τοῖς ἀποστειλόμενοις τῷ αὐτῷ γένει αὐτῶν ὁμοιωσάμενος ὡς ἐπισημασάμενος ἔλαβε.* Caterum præfecto pratorii Plautiano Imperatorem Severum adeò usque ad omnia dicto audientem fuisse, ὡς ἐκείνον μὲν ἐν ἀποστειλόμενοις, αὐτὸν δὲ ἐν ἀποστειλόμενοις, ut Plautianus quidem Imperatoris Severus præfecti loco esse videretur, & alia de genere hoc quamplurima Xiphilinus ex Dione literis mandavit. Herodianus quoque caesorum & proscriptorum bonis eum ditatum à Severo, & cum hoc veluti participasse imperium scribit: his fere verbis: *εἰς μεγάλῃσιν ἀποστειλόμενοις πλεονεξίας ἔδειξεν ἔπειθ' ἄλλ' ἢ μετρίως ἀποστειλόμενος πῶς δὲ γένος: quo etiam loco Plautianum idem auctor ἐπισημασάμενος τῷ στρατοπέδῳ vocat: id est, præfectum exercituum sine castrorum, ut & Letum ac Perennem alio quem antè indicaui loco. Præfectorum etenim pratorio paulatim crevit auctoritas: ut primùm quidem pratorii, hoc est palatii, Caesarianorum & pratoriarum siue palatarum cohortium, aliorumque per Italiam militum curam gerere cœperint, de Mæcenatis consilio: quod ex Dionis historia huius capituli initio retulimus:*

ac postremò etiam totius exercitus, vel potius omnium exercituum siue castrorū regimen ipsis commissum fuerit, suumque tum domestici protectores comitem habere cœperint.

At non modò Perennis apud Commodum, & Plautianus apud Severum, sed & Vlpianus apud Alexandrū Imper. ipse præfectus prætor. plurimùm potuit: namque Alexander nunquam solum quemquam nisi præfectum suum vidit, & quidem Vlpianum causa iustitiæ singularis: idque Lampridius¹ semel atque iterum tradidit, & Dio² quoque summam rerum atque imperij Vlpiano cum præfectura prætoriana concessam fuisse scribit: sed tamen ita, ut alibi³ asseueret Seiani unius præfecti prætor. maximam præ aliis omnibus, qui vel antè vel postea præfecturam prætorianam gesserint, excepto Plautiano, de quo diximus, auctoritatem ac potentiam extitisse: *Στοιχὸς μὲν δὲ μέγιστον τῶν τε ἀποστειλόμενων καὶ μετ' αὐτὸν, πλεονεξίας Πλαυτiano πῶς ἡγεμονίᾳ τῶν τῶν ἐπισημασάμενων ἰσχύσας, οὕτως ἀπὸ πᾶσιν ἔλαβε.* Hoc Dio. Sed omissis exemplis, quæ de potestate ac dignitate præfectorum prætor. Iuris auctores atque historici literis mandarunt, unde quæque decerpamus, & collecta in corpus quasi quoddam redigamus.

Ac primùm scriptor non indiligens Cassiodorus⁴, in formula præfecti prætor. Gratanter implemus (inquit) quæ ille constituit: cuius reuerentia & nos ita constringimur, ut sine dubitatione faciamus quæ illum decreuisse cognoscimus. Præfectis prætor. datam pleniorē licentiam ad disciplinæ publicæ emendationem, Iurisconsultus⁵ auctor est. Sub Constantio Imp. cunctæ castrenses & ordinaria potestates, ut sic præf. honorum omnium apicem prisca reuerentia more præfectos prætor. semper suspexere prætorianos, ut Ammianus Marcellinus⁶ tradit. Præfecturæ meritum ceteris dignitatibus ant.

lib. 5. 1. 1.

1 in Alexandro.

2 vide Xiphilinum in Alexandro.

3 lib. 57. hist.

4 lib. 6. variar.

5 l. 1. D. de offic. præf. prætor.

6 lib. 21.

¹ l. i. c. de of testare *Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. ¹ def. vicarij. finiunt. Merito: cum praefectura praetoriana quidam principatus quoddam sit Imperium, sed sine purpura: ut Eu-*

² in lib. de vita philosophorum, ubi de Proaeresio. *napius de Anatolio AZutrione praefecto praet. Illyrici loquens: αἰγιῶν δὲ, inquit, καὶ εἰς τὸν ἑπὶ τῆς αὐλῆς ἡγεσται, ἢ δὲ δεξιῆ βασιλεῖα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ εὐεῖ.* Et hoc tantum à principe distet praefectus, quod sacram purpuram & Imperatorias insulas non gestet. Sanè praefectis praet. rerum summam commissam esse propter loci dignitatem, aiunt Imppp.

³ l. quilibet ⁴⁰ c. de decurion. lib. 10. & ibi ¹ Cuiacius. ⁴ l. ne quis. ³⁸ eod. tit. l. 3. ³ c. de offic. praef. praet. Orient. ⁵ lib. 6. variar. in formula praefecti praet. & ¹³ psal. 104. *Valentinianus Theodosius & Arcadius.* Sed & iudices, id est prouinciarum praesides, praefectorum praet. censura subditos esse iidem Impp. ⁴ innuunt, & *Cassiodorus* ⁵ probat, cum ait: Delicta prouinciarum iudicum punit, verbo sententiam dicit: quid est quod non habeat commissum, cuius est vel ipse sermo iudicium? pene est ut leges possit condere, quando eius reuerentia potest negotia sine appellatione finire, &c. Potestate igitur nulla dignitas est aequalis, vice sacra ubique iudicat, &c. & licet aliae dignitates habeant titulos praefinitos, ab ista totum pene geritur, quicquid in imperio nostro aequabili moderatione tra-

⁶ l. à proconsulibus. 16. ⁷ d. l. i. s. i. ¹ d. de offic. praef. praet. ⁸ l. vnica. c. de senten. praef. praet. *ctatur: quod & Constantinus Imp.* ⁶ ita extulit: A praefectis autem praet. qui soli vice sacra cognoscere verè dicendi sunt, prouocari non sinimus, ne iam nostra contingi venenatio videatur: atque hoc est quod *Iurisconsultus* ⁷ ait: praetorio praefectorum auctoritatem in tantum meruisse augeri, ut ab iis appellari non possit. *Diocletianus* quoq; ac *Maximianus Impp.* ⁸ litigantibus in amplissimo praetoriana praefectura iudicio si contra ius se laesos affirmant, non prouocandi, sed supplicandi licentiam se ministrare aiunt. Verè igitur merum habebant imperium praefecti praet. cum

& ij qui sub ipsorum erant dispositione praesides (à quibus tamen erat prouocatio ¹) illud habere dicerentur. Quod ¹ l. propter. ²¹ s. ult. D. ^{ad} s. c. syllania l. 7. D. ^{ad} leg. iul. de vi pub. ^{Paulus} lib. 5. *Alexander Imp.* ² Formam (inquit) à praefecto praet. datam, & si generalis sit, minimè legibus vel constitutionibus contraria, si nihil postea ex auctoritate mea innouatum est, seruari equum est. Eaque ratione illud (Pene) additum puto, ut sciamus abrogandi iuris veteris facultatem non quomodo Principi, sic Praefecto praet. antiquitus fuisse. Sanè cursus publicus & proficiscendi per eum licentia, & ubi ratio exigeret praesto erat. Praesidibus autem & rationalibus siue catholicis, ceterisque quibus ciuitates administrare annonas, & pecoribus alimenta solebant, parauerhedos usurpare, aut alia nisi per quam cursus publicus stabat, via ire non licebat: idque *Constantini* ³ rescripto continetur. ³ l. 2. c. de cursu pub. lib. 12.

Porro non annum, bimum, aut trimum, ut Proconsulum, aut Praesidum, ita & Praefectorum praet. imperium fuit: sed ex principum, qui eos promouerant, voluntate vel perpetuum vel momentaneum. Sub *Commodo* quidem certe, ut *Lampridius* ⁴ narrat, *Niger* sex tantum horis, ⁴ in Comodo. *Martius Quartus* diebus quinque praefectus praetorij fuisse perhibetur. Mutabantur enim (inquit) praefecti praet. per horas ac dies.

Praefectum praet. patrem imperij vocari, & à praecone renuntiari solitum innuit *Cassiodorus* ⁵, ubi de *Iosepho* ⁵ in supradicto loco lib. 6. variar.

Pharaonis praefecto praet. loquitur, his verbis: Ab illo namque patriarcha, & nunc pater appellatur imperij, ipsum hodieque resonat vox praconis instruens iudicem, ne se patiat esse dissimilem. Fuit igitur Imperatorum tempore praefecti praet. auctoritas & potestas maxima, praemagistratibus reliquis: dignitas vero inferior Consulari & Patriatius honore, sed equalis magisterio militum, urbicaria praefectura sacrique cubiculi praepositura. Sidonius¹ ad Serranum de Maximo quodam scribens, eum ait in arcem praefectoriam patriciam consulari que ascendisse: & de consulari, utpote de altissimo dignitatis gradu, postremo loco loquitur, ut crescat oratio. Sic ad Papianillam scribens² idem auctor, de fratre ipsius Hecdicio: Nostris suisque liberis in posterum exopto votis in commune (inquit) deposcens, ut sicut nos utramque familiam nostram praefectoriam nacti, etiam patriciam diuino favore reddidimus: ita ipsi quam suscipiunt patriciam faciant consulari. Praefectum urbi, aiunt Imppp³. & praefectum praetorio, & magistrum equitum ac peditum indubis, & magistrum secreta ducimus dignitatis. & alio loco⁴: Sacri cubiculi praepositi ea dignitate fungantur, qua sunt praediti qui eminentissimam praetorianam vel urbanam meruerint praefecturam, aut certe militarem magisteriam potestatem, &c. Cassiodorus⁵ agens de patricio, Praefectorios & aliarum dignitatum viros praecedit, uni tantum cedens fulgore, quem interdum a nobis constat assumi. Quamobrem quod ait⁶ Imp. Zeno, sublimem patriciatu honorem ceteris omnibus anteponi: sic accipiendum est, ut de prisco Consularatus honore:

¹ epist. 13.
lib. 2.

² epist. 16.
lib. 5.

³ l. 1. tit. 4.
de praefec.
praet. sine ur
bis, & magi
screta ducimus
dignit. ex
q. C. lib. 12.

⁴ l. 1. C. de
praepositi. sa
cr. cubic. lib.
12.

⁵ in formula
patriciatu.

⁶ l. 3. C. de
consulib. tit.
3. lib. 12.

(qui portus honorum

Semper erat,

ut ait noster Claudianus¹, & postea cepit ab Imperatori-¹ in pane-
bus ipsis nonnunquam geri) non intelligatur. ² de
laudibus st
liconis.

Praefecturam magisterium aut patriciatum non gerit
princeps, Consulatum suscipit. Quapropter ab ipso Clau-
diano² Roma sic ad Stiliconem loquens inducitur, quod² in panegy-
Consulatus honorem, quem defenderat, fugeret ac sperneret: ² in panegy-
r. 2. de lau-
dib. stlic.

tanta quem mole tueris,

Respuit oblatum pro quo labente resistis:

& statim,

te Consule necdum

Digna feror. titulum ne leuem paruumque nitoris

Credimus, Augusti quo se decorare fatentur?

Sub iuga quo gentes captiuas Regibus egi?

Merito itaque cum honorem Consulatus & incipientes
principes & desinentes, auctore Plinio³, adeo concupiscant³ in panegy-
ut auferant, quemadmodum praefecto praet. patricius, ita pa-
tricio Consul praefertur: Praefectus praet. auctoritate ac po-
testate hos superat: Consul & patricio & praefecto dignita-
te antistat. Consul antiquior posteriori licet bis Consuli praefertur,
posteriori consuli & patricio cedit: Consul posteriori
consuli & iam patricio, si ipse postea patricius fiat, praefere-
tur ex Theodosii & Valentiniani Imperatorum⁴ constitu-
tione, in qua de praefectorio nihil traditur: qui & patricio
lib. 12.

& multo magis Consuli cedit. Vir tamen praefectorius, quem
Consulari postponi diximus, femina consulari praefertur:
quia maior dignitas est in sexu virili, ait Ulpianus⁵ libro
LXII. ad edictum: in quo de bonis auctoritate iudicum
possidendis, de priuilegiis & praelatione creditorum tracta-
D

⁴ l. 1. C. de
consul. tit. 3.
lib. 12.

⁵ l. 1. D. de
senator.

(qui

batur, ut rectè sententiam illam Accursius retulisse videatur ad speciem. l. Si plures. s. ult. & l. Maiorem. D. de Pact. Igitur si argumetemur à contrario sensu eius quod ait Vlpianus, prefectoria consulari fœminæ, vel prefectorius vir consulari viro non præfertur: imo etiam postponitur, ut ex iis quæ paulo antè diximus apparet¹, atque ex eo quòd præfectis præet. Consulatus honor tanquam illustrior olim deferebatur. Sic Plautiano Præfecto præet. non consularia tantum insignia, sed etiam senatoriam postea dignitatē, & consulatum à Severo Imp. delatum fuisse Dio² testatur: sic sub Opilio Macrino Consul Aduentus factus est, quem cum eo Præfectum præet. fuisse sub Antonino Caracalla ostendimus³.

¹ vide etiã hac de re Cuiacium in commentario ad No uellam Iustiniani. 62. ² lib. 46. ex quo verba descripsim⁹ initio huius cap.

³ cap. 1.

⁴ vide Xiphilinum in Auito Pseudantonino sardanapalo.

Sic ab Eutyichiano (qui Comazon dictus fuit) Præfecto quondam præet. Consulatum Antonini Heliogabali temporibus non semel, sed iterum ac tertio gestum fuisse idem auctor⁴ scribit, his fere verbis: τῷ τε δδρυφόρων ἡρξεν (de Eutyichiano loquitur) ἐν μηδεμιᾷ τῷ ἑξαπύρῳ ἑπιθροπείᾳ ἢ ἐπεσοσείᾳ πλὴν τῆς πρατοπέδου ἕξεται οὐδὲς, καὶ μὲν ἔργον καὶ ὑπάτευσεν οὐχ ἀπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δδύτερον καὶ τρίτον, ὃ μηδενὶ πρῶτον δὴ ὑπῆρξεν. ὅθεν πού καὶ τῆς ἐπιθροπείας μεταπίσσει. ἔριθ μνησεται.

Denique sic Mamertinus Præfectus præet. gratias egit Iuliano Imp. pro Consulatu sibi delato, ut & Ausonius Gratiano, quantum ex ipsorum Panegyricis colligimus: in quibus illius quidem hæc verba sunt ad hunc locum appositißima: At cum me Pratoris præfecisti, & prouincias de te egregiè meritas meæ fidei tutelæq; mandasti, ingens iudicij tui fuit munus: sed in eo non mihi solum quem tanta potestate succinxeras: verum etiam negotiis tuis commodasse

aliquatenus videbãre. Porro in decernendo Consulatu, remotis utilitatibus tuis, rationem meæ solum utilitatis habuisti: nam in administrationibus labor honori adiungitur, in Consulatu honos sine labore suscipitur. & post multa, Quid quod nihil separatim mihi de honoris augmento: neque enim ultra Præfecturam, se votorum meorum modestia porrigebat, præfertur nuncius Consulem me creatum: sine impendio, quòd iam diu paucis: sine labore, quòd nunquam: sine petitione, quòd nemini, &c. Ausonij verò quæ subijciam, unica mihi & amplectenda est Frontonis imitatio, quem tamen Augusti magistrum sic Consulatus ornauit, ut præfectura non cingeret. & paulò post, Interrogatus quem priorem decerneres Consulem, illico subdidisti: Quid de duobus Consulibus designatis queritis, quis ordo sit nūcupationis? anne alius quàm quem Præfectura constituit? Ergo Gratiani Imp. iudicio in Consulatum renunciatione præfertur præfectorius ei, qui præfecturam non gessit. At certe Consul antiquior præfectorium, & posteriorem Consulem dignitate antecedit: nam cum præfectorius cedat Consuli licet posteriori, antiquior verò Consul bis consulem superet, quia repetiti fasces virtutes sæpe meriti comprobant non argent, cum nihil est altius dignitate ut Imperatorum rescripto continetur: consequens est, ut præfectorius & Consul antiquiori Consuli neque præfectorio cedat. Hactenus de auctoritate, munere ac dignitate præfecti præet. diximus. Sequitur, ut de dignitatis eius insignibus locos aliquot ex bonis & probatis historiae Romanae auctoribus adferamus.

Insignia præfecti præet. Carpentum & gladius. Adparitio Præfecti præet. Gladius principis. Gladij nomine merum imperium ac vita necisque ius significatur. Gladij vel pugionis ferendi ius penes quos olim fuerit. Emendatur Dionis locus.

CAP. III.

D 2

UT Consulum insignia fuerunt toga praetexta primum, deinde picta & palmata vestis, item duodecim lictores cum fascibus, sella curulis eburnea, scipio eburneus, id quod

ad l. 2. de alio loco¹ variis auctorum testimoniis comprobauimus: ut is qui Cura palatij dicebatur, aurea virga decoratus inter obsequia numerosa ante pedes regios primus incedebat, idque ipsius insigne fuisse Cassiodorus² docet: ita tuo potissimum praetorianae praefecturae insignia in veterum auctorum libris agnouimus, Carpentum siue tribunal, sella curuli magistratum & ordinariorum iudicium altius, & item gladium, id est vel ensem vel pugionem, quem Graeci ξίφος vocant.

De carpento siue tribunali Cassiodorus³ ubi de Iosepho loquitur: Ipse primum, inquit, huius dignitatis infulas consecrauit, ipse carpentum reuerendus ascendit ad hoc gloriae culmen euectus, &c. Tribunal tuum ideo tam excelsum factum esse noueris, ut locatus ibi nihil humile abiectum que cogitares. Messalinae primum Imperatoris Claudij temporibus permisit Senatus, ut carpento uteretur: καὶ τῆ Μεσσαλίᾳ, ait⁴ Dio, πῶς ἀεθροῖα ἰὼ καὶ ἡ Λίσια ἐρχεται, καὶ τὰς κερπέντων χερσὶν ἐδδοῦν: cuius rei Suetonius⁵ commemorat. Idem honos Agrippinae quoque à Senatu concessus fuit, postquam à Messalinae obitu Claudio Imperatori nupsit: sic enim de Agrippina paulò post Dio: καὶ ἡ αὐτὴ καὶ αὐτῆ Μεσσαλίνα ἐδύετο, καὶ μάλις αὐτῆ ἐπιμαί, ἀλλὰς τε καὶ τὰς κερπέντων (ita malo quam κερπέντων legere) ἐπὶ ταῖς πόρνηγυρσι χερσὶν αὐτῆς βούλην ἔλαβεν. Alios autem à praefecto praetorij magistratus Romae sella curuli, non etiam

carpento vehi solitos reperio: nisi quod Flavius uopiscus⁶, Hilaribus (inquit) quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici, impletis solēnibus vehiculo suo me & iudiciali

¹ ad l. 2. de orig. iur. in appendicibus ad commentarium de regul. iur. ² lib. 7. variar. in formula Cure palatij. ³ lib. 6. variar. in formula praefecti praet. ⁴ lib. 58. histor. vide Xiphilinum in Claudio. ⁵ in Claudio cap. II. ⁶ in Aurelia no statim in ipso initio.

carpento Praefectus urbis vir illustris, ac praefata reuerentia nominandus accepit. Sed forsitan καποχρηστικῶς (ut fit) carpentum pro sella curuli nominauit homo Syracusius.

Ad ensem siue gladium, quo Praefectus praet. donari atque accingi solebat à principe, locus¹ Herodiani pertinet, ubi de Plautiano, qui praetorias (ut ante diximus) cohortes sub Imp. Seuero rexit: ἡμφίεσο γὰρ, ait, πῶς τε πλατύσημοι ἐδῆται ἐπὶ ταῖς πόλιν δούλοῖς ὑπατεύουσι ἐπέτακτο, πρὸς ἠώρητό τε αὐτῶν ξίφος καὶ πῶς τὸς ἀξιώματος χημῶν ἔφερε μόνος. Sed & alter est de Praefecti ense siue gladio apud Dionem² locus, quem imperite (opinor) faciunt³ qui ad tribunum militum referunt: cum δορυφόρος non milites quoslibet, sed praetorianos duntaxat nominemus: & verò Tribunus non ἐπὶ χεῖρ, sed χλιαρχεῖν dicatur. Et tenim sub Praefecto praet. erant Centuriones, Tribuni que praetoriani, quorum Suetonius⁴, Tacitus⁵, Herodianus⁶, Dio⁷ meminere. Ac Tribuni quidem cohortium praetorianarum vicissim nocturnam principis custodiam obibant: Imperatoris Seueri temporibus vnus ex praetorianarum cohortium Tribunis sub Plautiano Praefecto praet. Saturninus fuit: sic enim de ipso Herodianus⁸: εἰς αὐτὸν, inquit, τῶν αὐτῶν χλιαρχαῶν πῶς ἰσχυροῦντο φερούσιν ἐκ αὐτοῦ ἐκχεχρισμένους. Dionis autem haec verba sunt, quae apud Xiphilinum ac Zonaram hodieque extant⁹, ubi de Licinio Sura: ἀλλὰ καὶ ὅτε αὐτῶν πῶς μέλονται τῶν δορυφόρων ἐπὶ ξίφιν, ὁ ξίφος ὁ αὐτῶν ζώνουσαι αὐτῶν ἐχέτω ἄρεξαι, ἐγύμνωσέ τε αὐτῶν καὶ ἀναπένας ἔφη, Λάβε τὸ ξίφος, ἵνα αὐτὸν καλῶς δεῖχῃ, καὶ ἐμοῦ δὲ κακῶς, κατ' ἐμοῦ αὐτῶν χησίδ est, Traianus Surā Licinium ad praefecturam praetorianam promoturus, gladiumque, quo eum ob dignitatem accingi oportuit, praebiturus vagina eduxit, at-

¹ lib. 3. ² in Traiano ³ Merula Dionis interpres, Connanus lib. 9. cap. 5 Corasius ad l. 1. D. de offic. praef. praet. Turnebus lib. 12. aduersar. cap. 6. ⁴ in Nerone cap. 47. in Caligula cap. 40. ⁵ lib. 5. 15 ⁶ 17. annal. ⁷ lib. 4. ⁸ lib. 57. ⁹ 58. ¹⁰ lib. 3. ¹¹ in Traiano no.

que ipsi porrigens, Accipe (inquit) hunc gladium, ut eo si bene imperaero, pro me: sin male, in me utaris. Ad hoc Traiani principis dictum aut factum aspexisse videtur Plinius, ¹ ubi de Praefecti manu à Traiano in se armata loquitur, his fere verbis: Sed ingenti conscientia Caesar pacisceris cum Deus, ut te si mereberis seruent: cum scias an merearis neminem magis quam Deos scire. Nonne vobis, patres conscripti, haec diebus ac noctibus agitare secum videtur? Ego quidem in me si omnium utilitas ita posceret, etiam praefecti manum armaui: sed ne Deorum quidem aut iram aut negligentiam deprecor, &c. Quem enim Plinius praefectum nullo alio adiecto nominat, Praefectum pratorio interpretor. Is gladium principis sibi creditum gerebat, ut de Tigellino Philostratus in hac verba quodam loco ² scribit: Τιγαλλίους δὲ φησὶ τὸ ἕξτος τῶν Νέρωνος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ (loquitur autem de Demetrio philosopho) τῆς Ρώμης ὡς τὸ βασιλεῖος κατὰ τὰς ἀρχαίας εἶπε. Fuit namque Tigellinus sub Nerone Praefectus pratorio: igitur apud Plutarchum ³ quoque Nymphidius Sabinus ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ, qui cum eodem Tigellino Galbae temporibus Praefectus praet. fuit, collega imperavit, ut gladium poneret: Τιγαλλίους τὰς ἀρχαίας ἀποστὰς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ: hoc est, ut magistratu ac potestate, cuius insigne gladius fuit, se Tigellinus abdicaret. Ad gladium Praefecti praet. illa ex panegyricis verba, quae superius adscripsi, pertinent: Quem tanta potestate succinxeras, & ut praefectura non cingeret. Illa quoque verba, quae philosophus apud Herodianum in scena pronunciat, Commodum alloquens: Ἐπιχειρῶ γὰρ σου τοῖς ἀσπίδα τῆς Περηνίης ἕξτος: id est, cervicibus tuis imminet gladius Perennis: hunc pratorianam praefecturam administrasse su-

¹ in paneg. Traiani.

² lib. 4. de vita Apollonij cap. 14.

³ in Galba.

perius diximus.

Ad exemplum autem Praefecti praet. Iustinianus vicario Pontices suo (vicarius autem est, qui & in historia beati Apollinaris martyris iudex atque vicarius Praefectura nominatur: propterea quod, ut aiunt ¹ Imperatores, pro praefecto dioceses sibi creditas temperat: & ideo vicariam Praefecturam, ² & vices Praefecti pratorio agere ³ dicitur) ut delicta siue communia, siue militaria vindicandi ius & facultatem habeat, & gladij ferendi potestatem (quam ἕξτος vocat) octavo edicto suo ⁴ permittit: & pro adparitione atque officio praconem & lampadarios quatuor, ad exemplum itidem Praefecti pratorio: in cuius adparitione scriniarios ab actis pracones commentarienses & Lampadarios fuisse, non modò ex Imperij Romani Notitia colligitur: sed ex illo etià Iuliani antecessoris (qui Iustiniani Nouellas in epitomen redegit) loco ⁵ manifestum fit: ubi de Bonno quaestore exercitus sic fere scribit: Adparitionem quoque ei dedit, ad imitationem quandam Praefecti praet. id est, scriniarios, & ab actis, & pracones, & commentarienses, & lampadarios, & omnem deinceps ordinem.

Nam quod gladium Imperatores & gerebant ipsi nonnunquam, & asseruandum etiam suis Praefectis dabant, eo merum imperium & ius vite ac necis civium ipsis tributum fuisse constitit: cuius nota & signum est, gladius. Itaque apud Senecam, Gladij nomen pro summo illo imperio interpretor, cum ad Neronem scribens, Praestitisti Caesar, inquit, ⁶ civitatem incruentam, & hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse, quo maius est mirabiliusque, quod nulli unquam citius gladius commissus est. Sanè Galba ut occisum Neronem, cunctosque in-

¹ l. i. C. de offic. vicar.
² l. i. C. de proximo. sacr. scrip. lib. 12.
³ in inscriptione l. 3. C. Theod. de sponsal. & l. 3. C. Theod. de famo. libel.
⁴ in inscriptione l. 1. C. Th. de usur.
⁵ de vicario Pontices. 5 constiunt. 88. apud Iulianum.

⁶ lib. i. de clementia cap. 11.

¹ in Galba. cap. II.

² in Vitellio cap. 8.

³ lib. 19. anal. vide suetonium Vitellio cap. 15.

⁴ vide Xiphilinum in Vitellio.

⁵ spartiani in Adriano.

Lampridij in Alexandro, Trebellij Pollionis in Gallienis.

facit Dio in Caracallo

vbi de Cilone, facit suetonium in Galba cap. 11.

⁶ lib. 42. hist.

stor. vide & lib. 45. vbi eadem dere.

verba sua iurasse cognouit, deposita legati suscepit Caesaris appellationem, iterque ingressus est paludatus, ac dependente (ut est apud Suetonium¹) à ceruicibus pugione ante petus: nec prius usum togæ recuperavit, quam oppressis qui nouas res moliebantur. deinde Vitellius, qui Imperator consalutatus circumlatúsque fuerat per celeberrimos vicos, strictum diui Iulij gladium tenens, detractum delubro Martis atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam (ut idem Suetonius² memorat) ille ipse Imperator Vitellius à Vespasiani exercitu Romæ oppressus assistenti Consuli (Cecilius Simplex erat) solutum à latere pugionem velut ius necis vitæque ciuium reddidit, quemadmodum à Cornelio Tacito³ relatum est, & à Dione⁴ his verbis: *Ἐξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ὑπατοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὄρεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἀδελφεὸς, δεξιῶ δὲ αὐτῷ ἀποτεταμένους: id est, gladium in concione Consulibus & aliis Senatoribus præbuit, velut ea ratione imperium depositurus.*

Solis principibus (licet Romæ inque urbibus Italia, semper sine penulis togatique viderentur, ut plurimis ex locis⁵ colligi & manifestum fieri potest) itémque Præfecto prætor. Romæ quidem, quod sciam, merum imperium & ius atque usus gladij concessus fuit: reliqui magistratus in urbe togati erant, ut Consul & Prætor, & antiquitus ipse quoque Dictator, itémque magister equitum, ad cuius vicem Præfectum prætor. fuisse institutum, initio diximus. De Antonio quidem certe Iulij Caesaris dictatoris magistro equitum, ita loquitur⁶ Dio, quasi occasione belli ciuili nonnunquam ferro accinctus, magnaque militum caterua stipatus per urbem incederet, nihilominus tamē & prætexta & fascibus (qua florente Repub. magistratus illius insignia fuere) adhuc uteretur.

retur. Dionis hæc verba sunt: *ὁ δὲ δὴ Αντωνίος ὁ δὲ πῶ μὲν ἐαθῆτος ἐνεκα (τῆ γὰρ ἀπειπορφύρω ἐχρήστω) καὶ ῥαβδούχων (ὡς γὰρ ἐξ ἴσου εἶχε) τὸ τε πλὴν βελῶν ἀδελφῶν, εἰκόνα τινὰ τῆς δημοκρατίας πρὸ εἶχετο. τὰ δὲ δὴ ἐξίφθαι ἢ πρὸ ἐξωσθαι, καὶ τὰ πλὴν τῶν σκωδόντων ἢ ἐρατιωτῶν τοῖς τε ἐργαῖς αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πλὴν μισοφθίας ἐκεδύκοντο: in quibus illud (ὁ δὲ πῶ) reijciendum, & ipsius loco substituendum ἐπὶ τῆς μὲν, aut ὅσον τῆς μὲν, aut quidpiam assimile reor: idémque sentiet mecum, si quis ad mentem optimi auctoris propius attenderit: ne aliqui sibi contrarius esse videatur: nam vel eo maxime specie quandam & imaginem veteris democratia præferebat, exhibebátque Antonius quod Senatum cogeret, illisque magistratum insignibus uteretur: quæ Lepido & ipsi magistro equitum idem auctor¹ tribuit, ubi ὅτι καὶ ῥαβδούχοις, ait, & τῆ¹ lib. 34. hist. ἐαθῆτι τὰ τε διφρω τοῖς δεξιῶν, ὡσπερ καὶ ὁ ἱπποάρχος ἐκέχρητο. Itaque de ipso Antonio magistro equitum Quintus Ruffus Calenus sic in oratione quadam ad Senatum, apud eundem Dionem² loquitur: ὅτι τοῖς μὲν ῥαβδούχοις, καὶ δὲ ἐαθῆμα δὲ ἀπειπορφύρω καὶ τὰ πάτρια τὰ ἀπὸ τῶν ἱπποάρχων νενομισμένα εἶχε, τὰ δὲ δὴ ἐξίφθαι καὶ τοῖς ἐρατιώταις καὶ τῶν ἐρασιγόντων ἀδελφῶν ἐχρήστω: quibus verbis ea quæ modò diximus, mirum in modum, nisi me fallit opinio, illustrantur atque comprobantur. Præfectus autem urbi, etsi ius gladij & merum imperium ex constitutionibus posteriorum Imperatorum habuit, gladij tamen gerendi potestatem eum non habuisse crediderim.*

Ex provincialibus magistratibus Præsides quidem, qui militari veste, id est³ chlamyde amicti proficiscebantur in provincias, ex Augusti constitutione ut gladio accingebantur, ita gladij potestate, id est mero imperio in milites uteretur.

³ Bene id est, ut apparet ex Dione li. 45. histo. & Xiphilino in Caracallo vbi de Cilone.

E